BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
23 A
22
M
13-12·C·18

D. i. x. i. i. ii

D. I. XVIII

TRACTATVS
AD IVSTAS NEGOCIATIONES

Inter Homines fieri conſuetas ſumme neceſſarij: videlicet

De
- VENDITIONE AD TEMPVS.
- DIMINVTIONE PRAETII, ob Anticipatam ſolutionem.
- CAMBIIS.
- CENSIBVS.
- LVDO, ET MONTIBVS.

Autore Reuerendo admodum P. Magiſtro THOMA Boninſignio Senenſi ord. Pręd. Theologo abſolutiſsimo, in Academia Florentina Theologiam publice profitente.

Cum Indice, & Summariis.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.

ABBOT S. SILVE

FESTINA LENTE

CLER. REG. S. SILVESTRI

FLORENTIAE.
In Officina Sermartelliana. MDLXXXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD ALEXANDRVM MEDICEVM

Cardinalem & Archiepiſcopum Florentinum Ampliſs.

CVM pluribus ab hinc annis me totum ſeruituti, atque obſequiis tuis addixerim, & deuouerim, Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Domine, cuncta mea opera, ſtudia, cogitationes, laboreſque clariſsimo tuo nomini iam dicata eſſe, iura omnia permittunt. Te autem, qui pro tuis meritis in metropolitana Florentina Eccleſia ſacrorum es princeps, totiuſque eccleſiaſticę Reipublicę cardo, vrbis, orbiſque ſenator, non qualiacunque munera decent, at illa meritò tibi adiiudicanda ſunt, quæ ex intimis animis receſſibus, ex lumine intellectus, mentiſque contempla-

tione proficiſcuntur,eaq; potiſſimum, quæ ad animorum directionem, ad expurgandas conſcientias, moreſque informandos, componendoſque referuntur. Huius rei gratia hos meos tractatus, in quibus de iuſta negociationis ratione inter homines conſtituenda diſſerui amplitudini tuæ adſcribendos cenſui. Ea nanq; fuit huius mei ſuſcepti laboris ratio, vt homines, qui vt plurimum lucri cupiditate ducuntur, & auaritiæ ſtimulis exagitantur, ab iniuſtitiæ viis peſſimis abſtrahantur, atque ad equitatis, veritatiſque ſemitas reuocentur. Dum etenim mecum ipſe animo meditarer, ac mente reuoluerem quanta auaritiæ labes inter homines inualuerit, & ſuccreuerit, quamq; radix illa malorum omnium cupiditas germinauerit, & propagines vndique protulerit, animaduerti quinque, aut ſex vias præcipuas, humanam ſibi ſagacitatem, induſtriamque adinueniſſe, quibus pecunias, vt ſuæ auaritię plus nimio indulgeant compararent. Quarum prior, eaque in principalibus orbis ciuitatibus eſt cambiorum ſolertia, in qua ne dum campſores ipſi, verum & innumeri alij pecunias ſuas ad omnia fora tranſmittunt, & perpetua quadam circula-

tione

tione reuerſant,vt lucrum inde conſequantur. Altera eſt illorum,qui immatura credita à non valentibus ſolutionis tempus expectare minori prætio emunt, vt tempore ſuo integram à debitoribus ſummam exigant. Tertia eſt vendentium ad terminum carius quam ſi modo numerata pecunia venderent,acciperent. Quarta eſt cenſuarius contractus, de quo bullę pontificię extant. Quinta eſt lucrum ex ludo proueniens, cui finitime accedunt ſponſiones, vadiationeſque, quæ hodie inter homines adeo percrebuerunt. Sexta eſt lucrum,quod illis accedit, qui pecunias ſuas in pietatis montem exponunt. His ſex modis totum fere humanum negocium ad extorquendas pecunias reuoluitur,atque tranſigitur.In quibus ſanè ambiguitates, ac perplexitates quamplurimę, & inextricabiles fere nodi reperiuntur,vt vix ad rectę rationis normam collimari, & ad iuſtitię terminos reduci valeāt, propterea quod lubricæ ſatis, & periculoſę apparent huiuſmodi contractationes, ob fraudes,doloſque,quibus de facili exponūtur. Vnde labi,atque errare ſæpe contingit. At quoniam vſus hi in omnes pœnè inualuerunt, ea enim eſt humanarum rerum in-

firmitas, atque imbecillitas ne dicam mali-gnitas, & lucri inexplebilis cupiditas) non inutile duxi, modum, rationemq; aliquam excogitaſſe, per quam ſecundum iuſtitiæ leges, citra culpam, ſincere, & candide negocia hæc inter homines celebrari valeant. Scio etenim quamplurimos inter negociatores viros probos, Deum timentes eſſe. Vnde omnes in vniuerſum damnare temerarium eſſet. Et quanquam non ignoro, non nullos, & quidem doctiſſimos de his diſſeruiſſe, attamen nullum eſt opus humano ingenio adeo elaboratum, atque exculptum, quin & aliquid ſplendoris illi adhiberi, & deſiderari adhuc in eo poſſit. Eoque magis, cum in his contrahendi generibus nouos quoſdam, ſubtileſque modos, indies excogitet ſecularis prudentia, ne dicam calliditas, qui forte à prioribus ſcriptoribus non ſatis perſpecti, atque obſeruati fuere. Quamobrem non temere me facturum, neque arrogantiæ notam mihi inurendam fore ſum arbitratus, ſi ea, quæ pro harum contractationum iuſtitia, ac reformatione à me excogitata ſunt, in lucem edere conſtitui, idque latino ſermone, quò communior ſit vtilitas, cum antea etruſco idiomate quoſ-

dam

dam ex his tractatibus ediderim. Quòd ſi in illis perlegendis Romanæ linguæ candor, ſermoniſque elegantia deſiderari poterat, animaduertat equus, ac prudens lector, quę hic tractantur ob ſubiectam materiam vix poſſe luculenter vocibus pœnitus latinis ſignificari, ac proinde duriuſculis, barbariſq; loquutionibus vti ſępenumero neceſſitas ipſa coegit, ſi ſermo rei, & non ſermoni res ſit accomodanda. Si verò in his conſcribendis veritatis punctum aſſequutus ſum ipſi luminum patri, ex quo veritas omnis proficiſcitur gratiæ referantur. Sin minus, peritiorum cenſuræ in omnibus me ſubiicio. Si quid autem in hoc meditationum, ſtudiorumque meorum partu rude, informe, indigeſtumque, aut etiam obſcurum, quodque rationi minus conſentaneum ſit, quiſpiam forte offenderit, ſub illuſtriſſimi nominis tui luce, ac ſplendore, pellucidum, clarum, atque omni ex parte nitens, quin & ornatum, comptumque reddendum fore confido. Id quod in tanto ſuſcepto labore me multum recreat, & reficit. Ceterum Illuſtriſſime princeps, quæ tua eſt humanitas, & animi erga me tui grata peopenſio, has meas qualeſcunque lucubrationes benigno

 vultu

vultu accipere non dedigneris, & me ſub vmbra alarum tuarum & patrocinio tueri ſemper, & fouere. Vale.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. tuę

obſequentiſsimus

F. Thomas Boninſignius.

INDEX NOTABILIVM, QVAE IN TOTO OPERE CONTINENTVR.

A.

ACTIO habens malitiam intraneam nunquam eſt licita. fac. 201
Acquirens à non Domino, vel à non habente adminiſtrationem tene- reſtituere Dominis, vel habentibus adminiſtrationem. 218
Altercatio magna inter Theologos de montibus impręſtantiarum. 232
Ambroſij dictum declaratur. 12
Anatociſmus, & vſuræ vſurarum non permittuntur lege ciuili. 8
Amici cauſa delectationis pauci eſſe debent. 195
Animi relaxatio finis eſt ludi. 207
Anticipatæ ſolutiones in cenſu prohibitæ. 167
Appetitus nimius lucrandi in ludo nô inducit obligationem reſtituendi. 211
Apoſtoli ſortibus vſi ſunt in electione Matthiæ. 201
Ars cambiendi eſt permutatio cum pecunia. 95
Ars cambiendi vtitur pecunia, vt pecunia. 95
Artifices illorum inſtrumentorum, quibus honeſte in ludo quis vti poteſt non peccant, nec reſtituere tenentur. 217
Aſſecurationis contractum ſimul, an diuerſo tempore facere, non refert. 254
Poteſt fieri tacitè, & equiualenter. ibid.
Attenuatio prętij inter vendentes, & ementes iuſtificari poteſt. 61
Auaritia prodigalitate fouetur. 140

BALDI

B.

BALDI indigna reſponſio. 8
Barocoli, & ſcrocchi damnantur. 53
Bona ſuper quibus fundantur cenſus non habent rationem pignoris. 155
Bulla Iulij III. pro intereſſe illorum, qui pecuniam in montem ponunt ad ſubuentionem pauperum. 147
Bulla Nicolai V. de cenſibus defenditur. 165
Bulla Pij V. de cenſibus non tollit ea quę ſunt naturalia contractus emptionis & venditionis. 168
Bulla Pij V. de cenſibus continet aliqua, quæ ſunt tantum iuris poſitiui. 188
Bulla Pij V. de cenſibus ligat omnes chriſtianos, quo ad omnia, quę in ea continentur. 188
Bulla Pij V. non extenditur ad cenſus ante creatos. 192
Bulla Pij V. hortatur, vt cenſus antea creati cenſurę bonorum ſubiiciantur. 192

C.

CAIETANI opinio de emptione crediti ad tempus pro minori prætio. 63
Caietani doctrina periculoſa. 72
Caietani ratio contra montem pietatis ſoluitur. 237
Cambium fit hodie per emptionem non marchæ, ſed vnius centenarij ducatorum. 123
Cambium non poteſt certum lucrum ſperare. 124
Cambij tempus ſecundum locorum maiorem minoremque diſtantiam determinatur. 136
Cambiorum Lugdunenſium nundinæ quattuor in anno. 127
Cambire ſuas pecunias quilibet poteſt. 128
Cambire poteſt aliquis omnes ſuas pecunias. 118
Cambire per duas nundinas illicitum. 129
Cambire per loca vicina eiuſdem regni an liceat. 129
Cambium per Biſuntium difficile. 129
Cambium per Biſuntium non fit ad interrupta prætia. 132

Cambium

Cambium per Biſuntium non fortuitum, ſed arbitrarium videtur. 133
Cambium per Biſuntium à Ianuenſibus introductum. 106
Cambium non eſt contractus mutui. 108
Cambium non debet vti diſtantia temporis, ſed loci. 109
Cambium non eſt locatio operarum. 109
Cambium eſt contractus emptionis, & venditionis. 110
Cambium ad permutationem referri poteſt. 110
Cambij iuſtitiæ fundamentum eſt copia & raritas pecuniȩ. 112
Cambium fieri debet ſecundum vſitatum fori curſum. 113
Cambientes emunt valorem immobilē alicuius monetæ. 115
Cambium ad finem honeſtum, & communem vtilitatem referri poteſt. 119
Cambium ſiccum eſt mutuum palliatum. 120
Cambium per literas maiori ſubſtat periculo. 120
Cambium ſine literarum miſsione ad expenſas vitandas non eſt exercendum. 122
Cambia varietatem monetarum ſemper habent. 123
Cambium prȩſentis temporis longe diuerſum ab antiquo. 85
Cambium ob mercium negocium adinuentum. 86
Cambium antiquitus ob mercium commoditatem abſq; lucri ſcopo fiebat. 87
Cambium non debet reſpicere ad longius tempus. 88
Cambium iuſtum erit data monetarum paritate. 88
Cambium ſi ad honeſtū finem referatur non vituperatur. 90
Cambij vſitati per literas forma & exemplum. 93
Cambio per ſcripturam firmato non poteſt in iudicium conuenire ille, qui accepit, ſi ille cui remiſſum fuit creditum decoxit. 95
Cambiens alienam pecuniam pro ſe remittit, & pro alio trahit. 97
Cambium ſiccum quare dicatur. 101
Cambium diuerſitatem monetarum in ſpecie exigit. 102
Campſores plus dant in principio, quàm in medio, & in fine nundinarum, & qua ratione. 104. 126
Campſores ad monetarum paritatem non reſpiciunt. 88
Campſores poſſunt dare ad cambium, his, qui eo loci vbi fit

cambium nihil habent in bonis. 125
Campſor dans ad cambium ſibi numerare poteſt, & pro alio trahere. 121
Campſores non exercent cambium ad damnum vitandum, ſed ad lucrandum. 108
Campſores duplam prouiſionem accipiunt pro aſſecurando capitali. 104. 127
Campſores non deberent dare ad cambium luxurioſe viuentibus. 117
Campſores licite à capientibus cautionem accipiunt. 128
Campſores dantes non iniuſte lucrantur, ſi vt plurimum lucrantur. 125
Campſorum impietas in monopoliis. 125
Campſores cur prętia cambio conſtituant. 124
Cenſus apud antiquos qui dicebantur. 141
Cenſus quid ſit. 143
Cenſus inter bona immobilia computatur. 144
Cenſus non eſt emptio rei, neque fructus rei, ſed iuris percipiendi fructus. 144
Cenſus non eſt mutuum. 144
Cenſus vendi poteſt non ſolum antea conſtitutus, ſed qui de nouo creatur. 145
Cenſus etiam pecuniarius conſtitui poteſt. 145
Cenſus ad tempus determinatum ſuſpectus habetur. 146
Cenſus in totum eſt ſoluendus, etiam ſi res non reddiderit integrum fructum. 147
Cenſus reſeruatiuus qui ſit. 147
Cenſus conſignatiui plures ſpecies. 148
Cenſus conditiones poſitæ à Martino V. & Calixto III. an omnes ſint neceſſariæ. 150
Cenſus conditiones poſitæ à Pio V. non omnes ſunt de iure naturæ. 150
Cenſum conſtitui ſuper re immobili eſt in fauorem ementis. 152
Cenſus perſonales non expreſſe prohibentur in bullis Martini V. & Calixti III. 153
Cenſus realis, quomodo habeat perſonalem obligationẽ 153
Cenſus perſonalis naturali iuri non aduerſatur. 155

Cenſus ſuper bonorum vniuerſitate conſtitui non poteſt etiam ſi in illa vniuerſitate exprimatur aliquod bonum immobile. 156
Cenſus poteſt conſtitui ſuper re aliena Domino conſentiente. 156
Cenſus non poteſt excedere fructus rei, ſuper qua conſtitutus eſt. 156
Cenſus pecuniarius, & non ſolum fructuarius conſtitui poteſt. 159
Cenſus fructuarius poteſt reduci ad pecuniarium. 159
Cenſus an poſsit conſtitui ſuper cenſu iam conſtituto. 159
Cenſus in pecunia numerata emi debet. 161
Cenſus contractus non tranſit in emphiteuſim. 175
Cenſus iam conſtitutus non poteſt augeri ex decurſis cenſibus, licet poſsit augeri ex noui prætij traditione. 174
Cenſus re pereunte in toto, aut in parte exigi non poteſt, ſi res perpetuo perit, aut infrugifera redditur. 176
Cenſuarius tenetur de dolo, ſi ſua culpa res cenſui ſuppoſita deſtruitur. 177
Cenſus pro ęodem prętio extingui debet ſecundum proportionem rei, quę ſubiicitur cenſui. 178
Cenſus poteſt extingui per compenſationem liquidi debiti. 179
Cenſus debet extingui eodem prætio, etiam ſi ſolutio prætij in plurimis terminis facta fuerit. 179
Cenſus extinctio ſemper eſt in poteſtate venditoris. 179
Cenſus irredimibiles continent minorem vſuræ ſuſpitionem, quam redimibiles. 179
Cenſus irredimibiles prohibentur, qui eodem prætio quo redimibiles conſtituuntur, non autem ſi maiori. 180
Cenſus ad tempus irredimibiles tolluntur per bullam Pij V. 181
Cenſus poteſt extingui, vt tertia pars prætij in fine quadrimeſtris ſoluatur. 187
Cenſus qui non fiunt per viam emptionis, ac venditionis ſed alio titulo, poſſunt per aliam formam fieri, quam per bullam Pij V. 186
Cenſus extinctio per bimeſtre emptori eſt denuncianda

&

& poſtea per annum poteſt cogi venditor ad prætij ſolutionem. 187
Cenſus poteſt conſtitui per ſententiam iudicis. 186
Centeſima vſura quæ ſit. 9
Clerici, & religioſi honeſte ludentes non peccant mortaliter. 206
Clerici, & religioſi mortaliter peccant, ſi magnam quantitatem pecuniæ ludo exponunt, præſertim de fructibus beneficij. 207
Clerici ludentes ab officio, & beneficio deponuntur. 207
Compenſatio inter ludentes non habet locum. 124
Compenſatio locum non habet, niſi vbi ex vtraque parte debitum clarum, atque liquidum iam contractum eſt. 124
Collibum, ſeu prouiſionem campſores capiunt. 127
Conciliũ Lateranenſe omnia mõtis capitula approbauit 236
Conſcientia erronea ligat. 6
Conſcientia mercatorum optima magiſtra. 47
Conſuetudo contra iuſtitiam præualere non poteſt. 78
Conſuetudo peccatum inducens non valet. 214
Conſeruatio pignorum in monte, & expenſæ ſunt in fauorem pauperum. 238
Cui datur actio eidem competit receptio, & repetitio. 222
Conuentio ab initio libera ſi poſtea pœnitentia ſequitur non inualida fit. 212
Creditor non poteſt deducere in pactum expenſas, quas faciet in exigendo à debitore licet eas poſſit exigere. 67
Creditor potens minori accepto prętio alteri cedere poterit etiam ipſi debitori cedere. 67
Creditor ante tempus exigens regulariter non peccat. 67
Creditor in cambio qui dat remittit pecuniam, debitor vero qui accipit trahit illam. 93
Creditum, & ius ad illud non poteſt minus emi ob anticipatam ſolutionem ſublato intereſſe. 69

D.

DEBITOR quia præuenit ſolutionem, & damnum propter hoc non patitur, ſi minus dat vſuram facit. 73

Debitor

Debitor qui dando minus ante tempus non ſe exonerat neque etiam tertius idem facere poteſt. 79
Debita ex animi gratitudine, & morali honeſtate in pactum deduci non poſſunt. 248
Decipere contrahẽtibus citra dimidium quomodo liceat. 20
Deceptio ex intentione neque lege humana permittitur. 23
Depoſita Lugdunenſia damnata. 139
Depoſitarius ex animi gratitudine tenetur dare aliquid depoſitanti. 247
Deponens apud gratum depoſitarium à quo beneficium ſperetur non eſt vſurarius. 248
Deponentes coacte in monte poſſunt intereſſe recipere. 249
Deponentes voluntarie in monte non poſſunt intereſſe recipere. 250
Deponentes in monte volunt ciuilem obligationem recipiendi vltra ſortem. 251
Deponentes inuite pecuniam in monte ex qua parte pecuniæ poſſunt recipere intereſſe. 250
Depoſitarius, & commodatarius poſſunt aſſecurare rem depoſitam, & commodatam. 255
Depoſitarius, & commodatarius non poſſunt in alios vſus vti re repoſita, & commodata etiam quòd illius periculum in ſe ſuſcipiant. 256
Deſignatio finium in cenſu conſtituendo quomodo intelligitur. 158
Deſtructa re cenſui ſuppoſita culpa cenſuarij, & alia reedificata extinguitur cenſus. 177
Deus non diſpenſauit cum hebreis in vſura. 11
Diminuere prętium ob anticipatam ſolutionem non licet, ſed vt prætium ad maiorem equalitatem reducatur. 25
Diminutio prętij excedens terminos omnes iuſti prætij non eſt licita. 25
Diffinire de mortali peccato periculoſum eſt. 5
Diſpoſitio fundata in pręſumptione non habet locum, quando rei veritas contrarium habet. 187
D. Antonini notabile dictum. 44
D. Antonini optima, & tuta doctrina de emptione crediti

diti ad futurum tempus. 70
D. Bernardini opinio de ludo non probatur à Socino. 217
D. Thomas ex principiis naturalibus oſtendit vſuram eſſe peccatum. 11
D. Thomæ notabilia verba ad Lectorem Florentinum. 30
D. Thomę notabile dictum. 46
Dominium non transfertur ex eo, quòd aliquis ſuſcipit in ſe periculum rei. 235
Dominium rei poteſt in aliquem transferri ſub conditione. 256

E.

Eccleſiae eſt diffinire, ſi aliquid eſt peccatum mortale. 239
Eccleſia quandoque declarat ea, quæ ex naturali lumine dependent. 238
Emptio credituum pro minori prætio turpe lucrum reputatur, licet de rigore damnari non poſsit. 50
Emptio iuris habendi creditum non eſt vſura. 50
Emere minus expectata ſolutione vſuræ ſpeciem habet. 53
Emens creditum ad tempus non debet ſemper pro intereſſe minus quam octo recipere. 72
Emptio crediti anticipando ſolutionem habet mutuum tacitum, & interprętatiuum. 76
Emptor crediti futuri habet actionem contra ipſum venditorem in perſona ſui debitoris, qui in eius locum ſufficitur. 76
Ementis intentio non reſpicit directe ius, ſeu actionem, ſed rem. 78
Emens creditum ad tempus non ſemper poteſt verum intereſſe prætendere. 82
Emptio requirit equalitatem prętij ad rem. 111
Emptor cenſus ſuper re non libera exigere poteſt ſi hoc ignorauit. 156
Emptor cenſus non poteſt conuenire venditorem de aſſecuratione caſus fortuiti. 169
Emptor poteſt totum cenſum exigere à ſingulis, qui rem cenſui ſubiectam emerunt. 170

Emptor

Emptor cenſus in venditione rei cenſui ſubiectę omnibus pręponi debet,& illi denuntiandũ eſt ante mẽſem. 170
Emptor cenſus poteſt cogere venditorem ad reſtituendum cenſum, quãdo venditor in re non libera cenſum conſtituiſſet. 185
Emptor cenſus poteſt alteri vendere cenſum maiori,vel minori prætio, quam ipſe emerit. 190
Emphiteota non poteſt vendere rem abſque conſenſu domini. 170
Eutrapelia virtos ludo præſidens. 195
Excommunicantur officiales impedientes volentes vſuras, quas ſoluerunt repetere. 7

F.

FINIS dat actui bonitatem,& malitiam. 190
Florentini vendunt ad tempus,vt carius vedant. 4
Formula literarum cambij. 95
Forma quę dat eſſe rei, rem inuariabilem conſtituit. 189
Fortuna, & caſus non faciunt ludum malum. 201
Fortuiti caſus in diuinam prouidentiam referuntur. 201

G.

GABRIEL biel,& D. Antoninus non ponunt neceſſitatem reſtituendi ea,quę per ludum acquiruntur. 215

H.

HABENS exiguam pecuniam poteſt cum aliis,qui ampliorem habet ludere. 220
Heredes illorum, qui per ludum iniuſte acquiſierunt, & domum ad ludum commodantes,& magiſtratus tenentur reſtituere. 217
Hiſtrionatus de ſui natura nou eſt illicitus. 197
Humanę leges obligant in conſcientia. 205
Humanęleges nõ ſemper obligant ad mortale peccatũ. 205
Humanę leges de ludo vſu abrogatę. 207

I.

IGNORANTIA laborantes excuſantur ab vſura ſi cenſum in alia forma conſtituant, quam ſit in bulla Pij V. 186
Illiberalitas non eſt ſuo genere mortale peccatum. 211
Iniuſtitia magis in depoſito quam in cambio reperitur. 101
Intellectus illius pręcepti, nō concupiſces rem alienam. 203
Intellectus l. Alearum. C. de Religioſis, &c. 212
Intellectus c. Per veſtras. De don. inter vir. & vxor. 254
Intellectus illius loci, Mutuum date nihil inde ſperate. 13
Intellectus c. In ciuitate, & c. Nauiganti, de Vſur. 18
Intellectus verus c. Conſuluit, de Vſur. 47
Intellectus regulę iuris, Minus eſt habere actionē quā rē. 80
Intellectus illius, Melius eſt res quàm ſpes. 80
Intellectus illius fructus acerbus minus valet. 80
Interprętatio doctrinę Innocentij, & Panorm. in cap. ex parte, de Alie. iud. met. cauſa fact. 71
Intereſſe iuſtum quid? 147
Intereſſe verum, & non fictum quomodo conſideretur. 87
Ius canonicum pluribus pœnis afficit vſurarios. 7
Ius, & actio ad rem tanti valet, quanti res ipſa. 66
Ius exigendi cenſum primo in re fundatur ſecundario in perſona. 155
Iuſtificare diminutionem pretij ob anticipatam ſolutionem difficile. 62
Iuſtinianus Imperator admiſit quatuor concilia. 8
Iuſtinianus prohibuit id quod concilium prohibuit licet permiſerit 8
Iuſtitia commutatiua inter datum, & acceptum equalitatem conſtituit. 68
Iuſtitia pręti in cenſibus non determinatur per Bullas Martini V. Calixti III. & Pij V. 165
Iuſtitia pręti cenſus non pōt in vniuerſum determinari. 164
Iuſtitia pręti cenſus non eſt ſumenda, quemadmodum in aliis rebus venalibus. 165
Iuſtitia pręti in cenſibus attendenda eſt ſecundum ratio-

nem fructuum rei ſuper qua cenſus eſt conſtitutus. 164
Iuſtum rei prætium eſt quod de re ad numeratum inuenitur hic & nunc. 3. & 35
Iuſtum prętium cenſus diminui poteſt propter onus, cui ſubeſt emptor cenſus. 165

L.

LEGES ciuiles non puniunt vſuras, ſed non denegant actionem in iudicio ad repetendum 6
Leges ciuiles vſuras permittunt,& non aduerſantur legibus canonicis. 7
Leges humanæ non omnia prohibent, quæ ſunt contra virtutem. 13
Legis intentio ſemper eſt inſpicienda. 181
Lege naturæ quilibet de ſuo diſponere poteſt. 211
Leges ciuiles,& eccleſiaſticę de reſtitutione rerum, quæ per ludum acquiruntur non diſponunt. 213
Leo X. certa ſcientia montem pietatis approbauit. 236
Leo X.Florentinis ſcripſit,vt parum pro libra acciperent in monte. 237
Lętari poteſt aliquis de effectu bono, qui ſequitur ex actione mala. 198
Lex,& conſuetudo attendi debent in prætio cenſus. 166
Lex papę circa ſpiritualia vbique ſeruanda. 189
Lex præcipit ſolos actus virtutum. 205
Lex pœnalis ante ſententiam iudicis non obligat pœnam ſoluere. 213
Lex ſi contractum non inualidat obligatio tenet. 221
Lex non applicat lucrum perdenti ante iudicis ſententiā. 124
Liberalis nemo pręſumitur,qui eſt in neceſsitate. 139
Liberalitas donandi in monte difficile præſumitur. 251
Longitudo, & breuitas temporis prętium cambij non debet imminuere. 114
Locus ſacer non facit ludum eſſe mortale crimen,niſi eſſet ſpecialis prohibitio legis. 206
Lucrum ceſſans ab inuito ceſſare debet. 15
Lucrum ceſſans habet locum quando debitor eſt in mora. 15

Lucrũ ceſſans licitũ,quãdo reducitur ad damnũ emergẽs. 16
Lucrum ceſſans vſuris viam aperire videtur. 16
Lucrum ceſſans antiqui doctores damnarunt. 17
Lucrum laudabilius in negociatione,quam in cambiis. 119
Lucrum eo iuſtius, quo incertius. 121
Lucri ceſſantis iuſtitia obſcura, & lubrica. 233
Lucrum ceſſans,quomodo ſit licitum. 257
Lucrum quod ex pecunia ſperari poteſt,non totum eſt in pactum deducendum. 258
Lucrum ceſſans bonorum arbitrio iudicari debet. 261
Ludus ad exercitationem corporis honeſtus. 194
Ludus delectationis cauſa honeſtas, ſi in eo finis non conſtituatur. 195
Ludus voluptatis doctrinæ Chriſti,& ſanctorum non repugnat. 196
Ludo illicito qui intereſt peccat, ſi ei ex officio alios retrahere incumbit. 197
Ludi prohibiti ſimplex ſpectator nõ cooperãs nõ peccat. 198
Ludo prohibito qui intereſt peccat, ſi voluptatem ex illo capit. 198
Ludus per taurorum exagitationem,ſublatis periculis licitus eſt. 190
Ludo peccata commiſſa de illis non eſt lętandum. 199
Ludentes ludo lucratorio relaxandi animi cauſa, etiam quod aliqua ſumma pecuniæ exponatur non peccat. 199
Ludus lucratorius ex ſuo genere non eſt peccatum. 201
Ludus ex malis euentibus illicitus efficitur. 202
Ludus ex immoderata lucri cupiditate illicitus. 202
Ludentes latrones à philoſopho dicti. 202
Ludentes cum non dominis, & cum his qui bonorum adminiſtrationem non habent peccant. 203
Ludentes cum fraude, & dolo peccant. 203
Ludentes tempore implendi diuina mandata, & diebus feſtiuis peccant. 203
Ludentes cum aliorum ſcandalo peccant. 203
Ludens licite non violat pręceptum de non concupiſcendo rem alienam. 203
Ludens ludo prohibito peccat. 205

Ludens

Ludens ludo prohibito ſemper venialiter peccat. 206
Ludere ludo lege prohibito animo lucrandi etiam notabilem quantitatem non eſt mortale peccatum. 206
Ludere non eſt mortale peccatũ, niſi propter illum omittantur ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria. 206
Ludi fortuiti magis liciti, quàm induſtrij.
Ludo acquirens ex vi naturali, & diuinę legis non tenetur reſtituere, niſi in tribus caſibus. 209
Ludi conuentiones debent eſſe liberę. 210
Ludens ludo lege prohibito, ſi lucratur non tenetur reſtituere, niſi lex impediat tranſlationem dominij rei, quę ludo exponitur. 210
Ludo perdentes nõ repetunt, neq; iuris actione vtuntur. 213
Ludo acquiſita non ſunt neceſſario pauperibus erogãda. 215
Ludo acquiſita ſi reſtituenda ſunt perdenti reſtituenda ſunt, niſi ille ad ludum traxerit. 215
Ludentium paritas quomodo ſit intelligenda. 220
Ludens ſi perdit non tenetur ſoluere ſi lex concedit repetitionem. 222
Ludo prohibito vincens ante traditionem illi factam nullum ius acquirit, ſed poſt traditionem rei, qua expoliari non poteſt, ante iudicis declarationem. 223
Ludens qui alterum excedit, ſi vincit tenetur reſtituere. 225
Ludentes ignorantes conditionem alterius, durante tali ignorantia, qui lucratus eſt poteſt ſibi retinere. 256
Ludentis conditione meliori declarata, qui acquiſiuit reſtituere tenetur. 226
Lumen naturale per peccatum obſcuratum. 236
Luxus & pompa ſeculi. 140

M.

MARCHAE Lugdunenſis valor. 103
Marianus Socinus ſenior de ludo ſemper cum Diuo Thoma concordat. 215
Mercator non poteſt tantum vendere, quantum emit, & lucrari pro labore periculis, & expenſis. 25
Mercatores tenentur ſubire pericula negociationis. 26

Mercator non poteſt expectato tempore tanti vendere in fine nundinarum, quanti in principio valebāt merces. 28
Mercator non vendit ad tempus eodem pretio, quo res valet numerata pecunia. 37
Mercatores neceſſe habent alienis pecuniis credito acceptis negociari. 39
Mercatorum ſagacitas in dando, & capiendo ad cambium pro eiſdem nundinis. 104
Merces abſentes vilius valent, quam præſentes. 111
Meretrices turpe lucrum reſtituere non tenentur. 211
Montes fundati ſuper publicis redditibus iuſti ſunt. 232
Montes impreſtantiarum ad inſtar cenſualis contractus. 232
Montium ius emptum vendi poteſt, ſicut & cenſus. 232
Mons Florentinus erectus fuit nomine donationis. 233
Mons non fundatas in redditibus vſurarius reputatur. 233
Mons pietatis à pluribus pontificibus approbatus. 235
Mons pietatis inter doctores dubius. 235
Montis iuſtitia obſcurior quàm cenſus. 239
Montem quare priuatus non poteſt erigere. 238
Montem priuatus poſſet erigere eiſdem legibus ſi abdicat à ſe pecuniæ dominium in pauperes. 238
Mons pietatis depoſitarius effectus in aliquibus locis. 241
Mons depoſitarius repugnat capitulis montis pietatis. 241
Monti pietatis mutuans, quomodo poteſt aliquid vltra ſortem recipere. 242
Mons ſi cogitur ſub intereſſe mutuo accipere poteſt aliquid plus à pauperibus exigere. 243
Mons ſi pecuniam in pauperum commodum deputatam alteri mutuat, poteſt à mutuatario aliquid plus exigere pro intereſſe. 243
Mons pietatis apud Florentiam in immenſum creſcit. 246
Mons pietatis poteſt pro aſſecuratione capitalis, & certi lucri aliquid accipere ab his, qui ibi titulo ſocietatis pecunias detinerent. 256
Mons pietatis non opus eſt, vt totam pecuniam quam accipit ab aliis negocio exponat. 258
Mons qua ratione plus capere valeat, quam dare. 259
Mons ſi pecunias negociationi expoſitas aliis mutuat poteſt

teſt accipere intereſſe lucri ceſſantis. 260
Mons negociationi pecunias exponens magnum commodum Reipublicæ faceret. 261
Mons pietatis in aliquibus locis faciem mutauit. 262
Mons pietatis pauperum, & egentium pecunias negociationi exponere deberet. 263
Montis dominus ſi vſuram exerceret non eſſet illi facienda reſtitutio. 267
Montis dominus non poteſt remittere reſtitutionem de pecunia, quæ per vſuram extorta eſt. 269
Neque de illa pecunia, quę in pauperũ vſum deputatur. ibid.
Montis Dominus poteſt remittere reſtitutionem de illa ſumma pecuniæ, quę per negociationem acquiſita eſt. 220
Morales regulę ſemper admittunt exceptionem. 45
Moralis doctrina reſpicit ea, quę vt in pluribus contingere poſſunt. 266
Mutuandi obligatio facit, vt aliquid à mutuatario vltra ſortem accipi poſsit. 238

N.

NATVRALIA præcepta non poſſunt aliqua humana lege tolli, aut diſpenſari. 21
Nemo in neceſsitate conſtitutus liberalis pręſumitur. 233
Nemo volens damnum patitur. 250
Numus menſura vniuerſalis rerum venalium. 89
Numi duplex vſus primarius, & ſecundarius. 90
Numi emi, & vendi poſſunt. 100

O.

OBLIGATIO ſoluendi cenſum an in hæredes tranſeat. 118
Obligationes hypotecariæ, & fideiuſſoriæ pro aſſecuratione ſolutionis cenſus rebus pereuntibus ceſſant. 176
Oſtenſio pecunię non ſufficit ad cenſus emptionem. 162

P.

PACTVM redimendi diminuit prætium. 165
Pactum redimendi cenſetur pars prętij. 165
Pactum, vt emptor cenſus prætium repetat quandocunque voluerit fieri non poteſt. 184
Pactum de retrouendendo cum prætij modicitate ſufficiunt ad reddendum contractum vſurarium. 55
Pactum de retrouendendo quomodo ſit licitum. 56
Pactum de retrouendendo non diminuit prætium vltra tertiam partem. 57
Papa declarat quę ſunt diuini, & naturalis iuris. 264
Pauperes iure naturæ non ſuccedunt, niſi quando Dominus rei ignoratur. 24
Pauperes ſunt Domini pecuniæ montis. 238
Pauperes in monte pietatis Florentino patiuntur minorem vſuram, quam cęteri. 246
Peccans legis autoritate nō peccat quomodo intelligitur. 22
Pecunia pręſens plus valet ſecundum Caieranum, quam in poſterum habenda. 64
Pecunia cambio expoſita traiectitia dicitur. 109
Pecunia ex pecunia non naſcitur. 110
Pecunia in cambio per Biſuntium quare aſportetur. 132
Pecuniam in monte pietatis detinentes non poſſunt titulum emptionis prætendere, neque cenſus, aut redditus, neque mutui. 247
Præſentia notarij, & textium non ſufficiunt ad fraudes in cenſu tollendas. 161
Præceptum iuſtitiæ annexam habet reſtitutionem. 22
Præſcriptio in pœnam negligentiæ ad lites tollendas legibus ciuilibus inducta eſt. 21
Prætia rerum non ex affectu, aut ſingulorum vtilitate fingenda ſunt. 24
Prętium iuſtum ex communi mercatorum vſum conſtituitur. 24
Prætia rerum creſcunt, & decreſcunt ſecundum copiam, & raritatem emptorum, & venditorum. 25

Prætium iuſtum legittimum inuariabile. 27
Prætium legittimum variare eſt mortale crimen ſuo genere. 27
Prætium naturale diſtinguitur in infimum, medium, & ſupremum. 27
Prætium rei vnum eſt cum latitudine. 28
Pretij iuſti terminis conſiſtentibus licitum eſt contrahere. 28
Prætium rei vnum non indiuiſibile. 41
Prætiorum diſtinctio in abſtracto potius, quàm in vſu. 41
Prætium in magnis mercibus non eſt ad numeratum. 42
Prætium iuſtum ex natura ſua ſemper eſt ad numeratum, licet ſecus per accidens contingat. 43
Pretium in venditione ad tempus non poteſt augeri proportionaliter iuxta temporis auctionem. 48
Pretium minuere ob ſolam anticipatam ſolutionem non licet. 50
Pretij varietas in pauco eſſe debet. 58
Pretium cenſus non iuſtum vſuræ ſpeciem habet. 162
Pretium cenſui ſemel conſtitutum immutari non poteſt ex parte vendentis. 190
Pretium, quod datur pro aſſecuratione capitalis bonorum arbitrio iudicari debet. 26
Prodigalitas de ſui genere non eſt mortale peccatum. 207
Prophanæ comediæ non ſunt recitandæ in loco ſacro. 205
Publica poteſtas tenetur ſoluere intereſſe his, quos in monte deponere cogit. 250
Pupilli apud Florentiam coguntur pecunias ſuas in monte deponere.

Q.

QVI ludo perdit non poteſt capere de rebus vincentis. 124
Qui perdidit nullum ius habet, niſi repetendi quod victori dedit ante ſententiam iudicis. 123
Qui in ludo in tuto manet habens punctum ſummum, poteſt totam ſummam ludo exponere. 127

Qui ſentit commodum ſentire onus. 237
Quod non in actu eſt, ſed in potentia non eſt extimandum, perinde ac ſi acta eſſet. 258

R.

RATIO menſura virtutis. 193
Recambij lucrum quomodo licitum ſit. 115
Receptio integri pretij non eſt conditio neceſſaria in cenſu ex natura rei. 162
Recompenſatio damni, quæ à pauperibus in monte pietatis exigitur oritur ex mutuo illis dato. 238
Regulæ duæ D. Thomæ de lucro ceſſante, & damno emergente exponuntur. 15
Regula ad dignoſcenda iuſta pretia. 29
Res tanti valet, quanti vendi poteſt quomodo intelligitur. 25
Reſtitutionis pœna à ludo tolli poteſt per contrarium vſum. 214
Reſtitutio iudicio ſuperiorum facienda eſt, quando rector eccleſię de quo veriſimile eſt, quòd pecuniam in malos vſus diſsiparet. 218
Reſtitutionis vinculum oritur tantum ex iniuſtitia. 218
Reſtitutio eorum, quę per ludum acquiruntur non reſpicit dierum diuerſitatem, ſed perſonarum, cum quibus luditur. 119

S.

SEDES apoſtolica conſulenda ſuper montium erectione. 263
Simonia de iure poſitiuo datur. 187
Societas capitale periculis amiſsionis ſemper exponit. 253
Socius poteſt alteri ſocio aſſecurare capitale, & certam lucri partem. 253
Soti dictum notabile. 47
Soti ratio pro cenſu perſonali minus efficax. 154
Soti ratio contra aſſecurationem capitalis ſoluitur. 255
Sorti quidpiam commiſſum abſque Dei tentatione non

eſt

eſt peccatum. 202
Sortium vſus non illicitus. 228
Sponſiones, ſeu vadiationes non ſunt virtuti contrariæ. 228
Si alter ſpondentium in tuto manet, ob certam ſcientiam lucrari iuſte non poteſt. 127
Sponſiones cauendę ob multa peccata annexa. 229
Sponſiones D. Antoninus non facit peccata mortalia. 229
Sponſionibus, lucrantes non tenentur reſtituere, neque pauperibus erogare, licet conſilium ſit ſanctum. 229
Summa Silueſtrina alia ratione excuſat campſores pagarum montis Genuenſis, quam faciat Caietanus. 73

T.

TAVROS temere aggredientes grauiter peccant. 198
Teloneum erigere ad fenus exercendum non licet. 108
Tempus ſacrum de ſui genere non facit ludum eſſe mortale peccatum. 204
Trahens ad ludum quomodo teneatur reſtituere. 210

V.

VENDERE ad tempus vſuræ ſpeciem habet. 1
Venditio ad tempus ſcandaloſa. 3
Venditio ad tempus non iuſtificatur propter pericula vendentis, neque propter futuras expenſas, quas timet. 17
Vendere pluris expectata ſolutione licet, quando venditor erat ſeruaturus. 18
Vendere vltra dimidium, & emere citra quid. 20
Venditor qui per fraudem ſeductus vendit, non præſumitur volens, neque ſciens. 22
Vendere carius credita pecunia, quàm ad numeratum licet, infra terminos iuſti prætij. 30. & 75
Vendentes ad tempus ferè omnes eodem pretio vendunt. 34
Vendendo ad tempus de facili linea iuſtitiæ tranſilitur. 35

Venditio

Venditio ad tempus non iuſtificatur, ex eo quod emptor ex illa commodum ſentit. 34
Vendentes ad tempus, qui libentius ad numeratum venderent, poſſunt plus vẽdere ratione damni emergẽtis. 35
Vendendi ad tempus mos, ex induſtria profectus eſt. 38
Vendendo ad tempus licitum eſt anticipando ſolutionem minus dare. 49
Venditio cum pacto retroemendi illicita eſt, niſi fructus in ſortem computentur. 54
Vendere plus expectata ſolutione in duobus caſibus licet. 68
Venditio ad tempus fit ſupremo prætio. 75
Venditor cenſus poteſt ſe obligare emptori de euictione. 168
Venditor cenſus non poteſt renuntiare exceptioni caſus fortuiti, licet regulariter talis renuntiatio fieri poſsit. 169
Venditor ſemper poteſt alienare rem cenſui ſubiectam abſque ſolutione laudemij. 170
Venditor poteſt rem cenſui ſubiectam ſecundum partes diuerſis vendere. 170
Venditor cenſus ob moram ſoluendi non incidit in vllam pœnam amiſsionis rei, aut intereſſe lucri ceſſantis, ſeu expenſæ. 172
Venditor cenſus ſi eſt in mora ſoluendo tenetur de damno emergente. 173
Venditor emens non poteſt obligari ad ſolutionem cenſus in forma cameræ. 173
Venditor cenſus non poteſt emptori concedere, vt ob non ſolutionem cenſus poſsit accipere rem cenſui ſubiectam. 173
Venditor cenſus non poteſt foro ſuo rennntiare, & alteri ſe ſubiicere. 173
Venditor cenſus non poteſt alteri ſe obligare ad ſoluendum aliquid procuratori emptoris. 173
Venditor, & emptor cenſus poſſunt paciſci de executione parata. 173
Vendens cenſum non tenetur ad alia onera ad quæ alias non tenebatur. 175

Venditor

Venditor cenſus tenetur ad ſoluenda iura quę ratione prędij fiſco debentur. 175
Venditor poteſt extinguere cenſum in alio prætio, quàm pecunia numerata. 178
Venditor cenſus poteſt illum in totum, aut in partem extinguere. 182
Venditor poteſt obligari ad extinguendum cenſum in totum. 182
Vnius rei vnum eſt prætium. 3
Voluptas non propter ſe ipſam expetenda. 195
Vſuræ quomodo legibus ciuilibus permittuntur. 6
Vſuræ ſecundum Bartholum permittuntur ratione morę. 7
Vſurarum permiſsio non repugnat fidei. 7
Vſurę à Iuſtiniano moderatæ. 9
Vſura maior apud nos, quàm apud antiquos. 9
Vſuræ noſtræ excedunt antiquas, & ab illis exceduatur. 10
Vſuræ legibus permiſſæ non ſunt illicitæ. 10
Vſuræ non lucratoriæ permittuntur, ſed punitoriæ, vel compenſatorię. 10
Vſura punitoria punitur depoſitarius, qui eſt in mora ſol uendo. 11
Vſuræ à Deo iudeis permiſſæ non conceſſę. 11
Vſura vitium contra naturam. 12
Vſura quomodo in Euangelio prohibeatur. 12
Vſura quomodo vtriuſque teſtamenti paginis prohibeatur. 13
Vſura in mutuo ſecundum locum habet. 63
Vſura de iure poſitiuo dari poteſt. 187
Vſurę iuramento promiſſæ ſoluendę ſunt. 221
Vſura non transfert dominium. 250. & 266
Vſura pro nullo caſu concedi poteſt. 254
Vſura accepta de pecunia, quę pauperibus in monte deſeruit reddenda eſt monti, & domino montis. 265
Vſura accepta ex pecunia depoſita, aut de ea, quę per vſuram extorta eſt, deponentibus eſt reſtituenda, & his à quibus vſuræ extortæ ſunt. 267

Vſura accepta de pecunia, quæ ex iuſto lucro prouenit debet monti reſtitui. 266
Vſura à monte accepta vndecunque pecuniæ extortę fuerint monti tuta conſcientia reſtitui poteſt. 267
Vſuras à monte accipientes, ſi illarum remiſsionem à principe libere impetrarunt tuti ſunt in conſcientia. 270

FINIS.

Errata.

fac. 7	cogit	cogunt
13	illud & delendum &	& ponendum ante contra
16	acta	actu
25	tantam	tantum
47	dicere	dicetur
51	timere	timetur
51	loquitur	loqui
62	gerant	geram
64	reddere	expurgare
64	tracta	tractu
72	habende	habendem
73	profeſto	profecto
80	eam	cauſa
84	acotericis	neoterici
86	tinctorium deeſt	ad
90	inuentu	inuentam
92	cor	eos
100	fiant	fiat
101	proteus	prorſus
118	manifeſtemus	manifeſtatur
113	non ſuperfluit	
133	cupientes	capientes
152	deſtractis	deſtructis
154	res	rei
156	iure	iuri
158	fore	fere
170	mentem	menſem
171	hae	hoc
172	ſine	ſiue
182	ſalum	ſaltem
208	accipiamus	aſpiciamus
218	pecunia	pecuniam
218	faciendum	facienda
218	pęnitentium	pęnitentiam,
225	virtutum	virtuti
240	deputatum	deputatam
677	vaus	onus.

DE VENDITIONE AD TEMPVS.

Tractatus.

R.P.M. Thomae Boninſignij Senenſis, Ord. Prǫd. Theologi publici Florentini.

Quæ ſit operis intentio. *Cap. I.*

1 *Venditio ad tempus vſurę ſpeciem habet.*
2 *Difficile eſt videre quomodo abſque vſura carius ad tempus vendatur.*

MAgnopere diuexantur pleriq; ob communem vſum ab omnibus ferè mercatoribus receptum in venditione ad tempus, propterea quòd vſurarię
1 prauitatis ſpeciē prębeat, quin & illi latiſsimum aditum patefaciat. Cum etenim conſtantiſsimum ſit apud omnes theologos, minime licere pro temporis expectatione quicquàm rei præcium augere, difficile ſane videtur
2 qua nam ratione, poſsit quis abſque vſuræ vitio

rarius rem ſuam vendere expectata ſolutione, quàm ſi numerata pecunia modò vẽderet. Quid igitur, in huiuſmodi contractandi modo tolerari poſsit, quid vero fugiendum ſit breuiter diuino ſubnixus auxilio declarare conabor. Erit autem in tres præcipuas partes diſtributa hæc conſideratio, vt primò modus, ac forma huius contractus cum dubitandi rationibus proponatur. Secundo loco ponitur reſolutio dubij. Tertiò rationibus in contrarium allatis reſpondebitur.

Proponitur modus vendendi ad tempus vſitatus cum dubitandi rationibus. Cap. II.

1 *Formula contractus vendendi ad tempus.*
2 *Vnius rei vnicum eſt prętium.*
3 *Iuſtum rei prętium eſt quod de re ad numeratum inuenitur.*
4 *Venditio ad tempus ſcandaloſa.*
5 *Mercatorum conſuetudo vendendi ad tempus.*
6 *Florentini vendunt ad tempus, vt carius vendãt.*

1 PRoponitvr itaq; modus, ac formula huius contractus. Petrus eodem tempore, & loco eandem rem duplici modo vendit, ſeu duplicem eiuſdem rei venditionem facit, alteram cum Ioãne pro ducatis triginta ad tempus vnius anni, alteram cum Martino pro ducatis viginti 2

octo in pecunia numerata. Dubitatur an venditio Ioanni facta licita ſit. Apparet nanq; pluribus de cauſis illicita, atque vſuraria. Primò. Quoniam ob temporis expectationem carius vendere, quam ad numeratum vſuram expreſſe ſapit.

2 Preterea eiuſdem rei vnicum prętium eſſe debet, & in ęodem tempore, Idem enim manens idem eodem prętio ſemper extimandum eſt. Accedit

3 tertio loco, quoniam illud iuſtum rei prętium eſſe videtur, quod de re inuenitur ad numeratum, quodque receptis mercibus in promptu ſoluitur, quemadmodũ doctores omnes affirmare videntur, & habetur expreſſe in c. Conſuluit, de Vſur. vbi prohibetur illa venditio, qua aliquis merces ſuas longe maiori prętio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogetur, quam ſi ei incontinenti prętium perſoluatur, & ſunt verba textus. igitur duo amplius vẽdere ſupra viginti octo, quod erat prętium ad

4 numeratum, criminoſum erit. Vltimo, ſcandalum parere videtur huiuſmodi venditionis forma, vſuriſq; viã aperit expeditiſsimam. Hæ ſunt potiores rationes, quæ rem hanc perdifficilem reddunt, dimiſsis aliis brȩuitatis gratia. In oppoſitum tamen eſt communis, ac receptiſsima

5 mercatorum ferè omnium cõſuetudo, qui vt plurimum ad tempus iuxta præſcriptam formam vendunt, quos omnes damnare temerarium forte erit, potiſsimum verò Florentini mercatores ſic vendere conſueuerunt, quemadmodum Paulus de Caſtro Iuriſconſultus inſignis habet in l.

 pro-

6 procuratores.§.ſi plures.ff.de Tribut. act. vbi dicit, quod non vendunt niſi ad tempus, vt carius vendant.

Quam ſit ardua, ac perdifficilis præfatæ dubitationis reſolutio. Cap. III.

1 *Diffinire de mortali peccato periculoſum eſt.*
2 *Conſcientia erronea ligat.*
3 *Vſurę legibus ciuilibus permiſſæ.*
4 *Non vt licitę permittuntur.*
5 *Leges ciuiles non puniunt vſuras ſed.*
6 *Non denegant actionem in iudicio ad repetendũ.*
7 *Neque ad ſoluendas iniquas vſuras.*
8 *Excommunicantur officiales impedientes volentes vſuras quas ſoluerunt repetere.*
9 *Vſuræ iuxta Bartolum petuntur non vſurę, ſed ratione morę.*
10 *Leges ciuiles vſuras permittentes non aduerſantur legibus canonicis.*
11 *Ius canonicum pluribus pœnis afficit vſurarios.*
12 *Vſurarum permiſſio non repugnat fidei.*
13 *Baldi indigna reſponſio.*
14 *Iuſtinianus Imperator admiſit quattuor cõcilia.*
15 *Iuſtinianus prohibuit id quod concilium prohibuit, licet permiſerit.*
16 *Anatociſmus & vſuræ vſurarum non permittuntur lege ciuili.*
17 *Auaritia noſtri temporis in exigendis vſurarum vſuris.*
18 *Vſuræ à Iuſtiniano moderatæ.*

19 Cen-

19 *Centeſima vſura quid?*
20 *Licentior & maior vſura apud nos quam apud antiquos.*
21 *Vſurę noſtrę quomodo excedant antiquas, & ab illis excedantur.*
22 *Vſuræ legibus permiſſę non ſunt vſurę illicitę & quę ſint peccata.*
23 *Vſurę non lucratorię permittuntur, ſed punitoriæ, vel compenſatorię.*
24 *Vſura punitoria punitur depoſitarius, qui eſt in mora ſoluendo.*
25 *Deus non diſpenſauit cum hebreis, de vſuris.*
26 *Vſurę iudeis à Deo permiſſę non conceſſę.*
27 *Ambroſii dictum declaratur.*
28 *Vſura vitium contra naturam.*
29 *D. Thom. ex principiis naturalibus oſtendit vſuram eſſe vitium.*
30 *Vſura quomodo in Euangelio prohibeatur.*
31 *Intellectus illius loci. Mutuum date nihil inde ſperate.*
32 *Vſura quomodo vtriuſque teſtamenti paginis prohibeatur.*

EO autem difficilior redditur huiuſmodi praxis vendendi ad tempus. quo longo iam tempore inualuit, vt ius quoddam præſcriptionis nacta videatur. Tum vero quòd primis fere principiis atque elementis, tam moralis philoſophiæ, quam Theologię pugnantiſsima videtur.
1 Periculoſum quoque eſt, vbi de peccato mortali agitur in re dubia diffinire, vt quandoque docuit

D. Thom. propterea quòd ignorantia in huiuſmodi non excuſat à toto, licet à tanto excuſet; &
2 conſcientia inſuper, licet erronea ligat. Tantoq; magis cauendus eſt error, & ignorantia vitanda vbi damnum, ac proximi præiudicium interuenit, quemadmodum in vſurę peſtilentiſsimo vitio contingit. In quo prolabuntur quamplurimi impudenti licentia, propterea quòd legibus ciuilibus permittatur. Quidam vero inſaniunt, & in mediam lucem offendunt, exiſtimãtes, vſuram poſitiuo tantum iure prohiberi, non autem naturali iuri aduerſam eſſe. Alij vero iure diuino olim hębreis conceſſam fuiſſe impiè volunt. Ignoranter autem Deum cum illis ſuper hoc vitio diſpenſaſſe effutiunt. Sed quò ad ciuiles leges ſpectat (vt in re tam graui breuiter aliquid digrediendo perſtringamus) Animaduertendum eſt, quòd licet tam ex reſponſis iuriſconſultorum vt l. lectâ.
3 ff. ſi cert.pet.& l.placuit.ff.de Vſur. quam ex legibus Imperatorum.l.Eos.C.de Vſur. & per totum vſurę permittantur, quod & D. Thom. approbat 22.q.78.ar.1.ad 3. & in opuſc. de Vſur.cap.4. &
4 alij quamplurimi, hoc autem non tanquam licitum permittitur (eſſet enim hereſis) ſed ad maius vitandum malum, ſicut & meretricia ad vitanda adulteria tollerantur. Quemadmodum enim luxuria, ita nec auaritia poteſt humanis legibus omnino extingui. Animaduertant vlterius, ad hunc
5 ſenſum ciuiles leges vſuras permittere, quia eas
6 non puniunt, neque in vſurarios animaduertunt 1
non tamen denegat actionem in iudicio ad repetendum,

tendum, neque etiam ad ſoluendas iniquas vſu-
7 ras cogūt, prout dicunt Caietanus & Sotus, quin
& verbis ciuilis legis clare oſtenditur. Sic enim ha
betur l. 3. C. de Vſur. Quāuis vſuræ fenebris pecu
niæ (verba legis sūt) citra vinculū ſtipulationis pe
ti nō poſsint, vbi patet, nō cōcedi petitionē vſura-
rū in iudicio, ſequitur lex, tamē ex pacti cōuentio
ne neque vt indebitę repetuntur. in quibus verbis
videtur, quod lex non det actionem repetendi in
iudicio, nempe quòd qui ſoluit vſuras eas repete-
8 re poſsit. In Clement. autem de Vſuris, excom-
municātur officiales, qui impediunt volentes vſu
ras, quas ſoluerunt repetere. Vnde Bartolus in l.
Cūctos populos C. de ſumma Trin. optime dixit
quòd lege ciuili peti non poſſunt vſuræ, vt vſurę,
9 ſed vt intereſſe ratione morę. Non obſtat autem
huiuſmodi legis ciuilis permiſsio iuri Canonico:
10 Permittendo nanq; eas, nō ob id licitas affirmat;
eſſet enim hereſis contra Clement. de Vſur. Nam
ius ciuile nō ita animaduertit in vſurarios, quem-
admodum lex canonica & ius eccleſiaſticū, quod
11 multis eos pœnis afficit, vt infamia, priuatione
communionis altaris, eccleſiaſtica ſepultura, &
quòd nullus ſacerdos eorum oblationes recipiat,
& aliis. de quibus vide apud Sylu. verb. Vſur. 9.
Non obſtat etiam id quod Baldum torquebat,
quod Iuſtinianus in d. l. Cunctos populos præce-
pit omnes populos ſibi ſubiectos in religione ver
ſari, quam D. Petrus Apoſtolus Romanis tradi-
derat, & tamen vſuras permiſit, permiſsio ſiqui-
dem vſurarum nullatenus fidei repugnat, quia

12 non propter hoc dicitur eas eſſe licitas. Vnde rudis valde eſt Baldi interpretatio, dum dixit Iuſtinianum pręcepiſſe teneri fidem Trinitatis, ſed nõ reſpectu aliorum articulorum, qui ad ſalutem animæ requiruntur. Indigna profecto tanto viro
13 reſponſio. Nam imperator præcepit omnes verſari in religione Eccleſię Romanę, quę non ſolum fidem Sanctiſsimæ Trinitatis, ſed & omnia alia dogmata fidei, includit, & etiam illa quæ ad bo-
14 nos mores ſpectant. Non obſtat quoque quòd Iuſtinianus quattuor admiſit Concilia, inter quæ eſt Nicenum Concilium in quo vſuræ prohibentur, prout habetur in Nouellis Conſtit. Stat enim prohibitio, & illarum permiſsio. Quapropter ridicula eſt ſolutio dicentium quòd Concilium loquitur de Clericis, & de regularibus non de laicis, atque aliis. Reiicitur etiam interpretatio Couarr. aientis Iuſtinianum nõ prohibuiſſe id quod
15 Concilium prohibuit, imò prohibuit licet permiſerit. Quis enim ignorat lõge diuerſam eſſe actionẽ legis iuſſoriam & inhibitoriam, à permiſſoria?

Animaduertant tertio loco hi qui vſurariam nequitiã legis ciuilis velamine obtegere moliuntur, quod apud antiquos vſurarum vſuræ, ſeu renouatio vſurarum, quę dicebatur anatociſmus,
16 ſeu παλιντοκία, de quibus Cic. meminit lib. 5. ad Attic. epiſtola vltima, & lib. 6. epiſt. 3. nunquã legibus ciuilibus permiſſę fuerunt, ſed ſummo rigore prohibitę. l. placuit. ff. de Vſur. & C. de Vſur. l. Vt nullo, in qua ſubditur, modo vſurarum vſuræ à debitore exigantur. Hodie tamen adeo apud

homi-

homines graſſatur auaritia & lucri cupiditas, vt
17 vſurarum vſurę ſemper in infinitum augeantur,
quouſque reddatur ſors principalis, & qui hoc
repręhendit quaſi ridiculus exhibilatur atque ex-
18 ploditur. Animaduertant quarto loco vſurarum
moderationem per Iuſtinianũ ſtatutã in d. l. Eos.
Nam centeſimam vſuram,quæ omnium maxima
erat permiſit in pecunia traiectitia, & nautico fe-
nore.cum quis ſortis periculum in ſe ſuſcipiebat,
beſſes vero ideſt octaua pars centeſimæ à quoli-
bet mercatore, ſiue negociatore exigi poterat, ſe-
miſſes vero hoc eſt dimidia cẽteſimę quibuſlibet
indifferenter. At trientes, nempe quarta pars in
contractibus illuſtrium virorum taxatæ fuerunt.
Pro quo notandum eſt, centeſimam iſtam non ſi-
gnificare vſuram illam quæ in anno ſorti equatur
19 prout male accepit glo. diſt. 47.c.Quoniam. Sed
erat centeſima pars ſortis ſingulis mẽſibus aucta,
ita quod centum menſibus duplam ſortem red-
debat, adeo quod ſingulis annis obueniebãt duo-
decim ex centũ,& ab hac centeſima, quæ erat As
quæ erat integra vſura denominabantur reliquæ,
vt deunx quod erat vndecim, dextans,decem,do
drans nouem, bes octo, ſeptume ſeptem, ſemis
ſex, Quicunx quinque, Triens quattuor, Qua-
drans tria, Sextans duo, Vncia vero vnum.
Pro quibus legendus eſt. Socin.Budeus, & Alcia-
tus in l. ſi heres.§.Item. ff. ad Legem Falc. Vnde
20 conſtat his temporibus licẽtiorem eſſe vſurarum
rabiem, cum pluſquam duodecim pro centena-
rio lucrari velint. Volunt tamen aliqui vſuras il

las

21 las legales excedere eas huius temporis in hoc, quoniam, in illis debitor poterat per creditorem cogi ad reſtitutionem ſortis, in noſtris autem nõ poteſt cogi. Sed ex hac parte noſtræ excedunt illas, quia noſtræ in infinitum protendi poſſunt, ſed legalis non poteſt duplum excedere. Vnde fit compenſatio. Nam quia creditor non poteſt petere, ideo non poterant vſuræ in infinitum proten di. Econtra autem, quia in poteſtate eſt non creditoris, ſed debitoris reddere ſortem, ideo redditus poteſt in infinitum currere donec redimatur. Dicunt vlterius quod ſimpliciter loquẽdo leuior eſt noſtra, quia illa limitatio ad duplum non eſt in releuamentũ debitorum, ſed potius in compulſionem illorum, quia creditores non patiuntur pecuniam ſuam ſterilem, vnde compellent debitores ad reddendam duplam ſortem, at in noſtra nunquam cogi poſſunt debitores. Sed quicquid modo ſit de huiuſmodi comparationibus, de qui bus nihil cenſeo, neque moror, dicam ego in preſenti libenter quod ſemper mente mecum tenui, & ab aliquibus peritis poſtmodum comprobatũ
22 fuiſſe animaduerti. Quod vſurę legibus olim ciuilibus permiſſæ non ſunt vſuræ propriè dictæ, quæ ſcilicet malum & peccatum ſonant, vt pote contra legem, tum naturalem, tum diuinã vt paulò mox dicetur, & poſſunt dici vſuræ lucratoriæ, quæ officij gratia propter lucrum exercentur, ſed erant vſuræ pœnales, ſeu punitoriæ, quoniam in
23 pœnam moræ non ſoluentium exigebantur, vel erant compenſatoriæ ratione damni emergentis,

&

& hoc apertiſsime habere in l. Cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de Vſur. vbi ſic habetur. Vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. Sed quia harum vſurarum nimia licentia excellerat, ideo fuit adhibita moderatio à Iuſtiniano in d. l. Eos. Nec obſtat quòd l. Lucius, & l. Publius, & l. Quintus ff. Depoſiti dicitur, quod abſque mora depoſitarius cogi debet ſoluere deponenti. Nam lex illa procedit in depoſito, quod reddi debet in eadem ſpecie, vnde tunc exurgit vſura punitoria, quia officio iudi
24 cis propter delictum tunc vſuræ debentur, non autem, quando deponens concedit, vt depoſitarius in vſum ſuum conuertat id quod deponit, quia tunc ſolum ratione moræ debentur vſuræ. Vnde non conceditur, neque permittitur lucratoria vſura lege ciuili. Quò vero attinet ad legem diuinam, permiſsio fuit in lege veteri vſurarum, iuxta illud. Non fenerabis fratri tuo ad vſuram, ſed alieno Deut. 24. licet quidam vt Conradus q.
25 24. velint tunc Deum diſpenſaſſe. Sed hoc eſt ignorantia magna diſpenſationis, quæ profectò locum habere non poteſt in his, quæ cõtra legem naturæ ſunt, & quę intraneam habent malitiam, à qua ſpoliari non eſt poſsibile, prout pulchrè oſtendit Caiet. 12. q. 100. ar. . . . Nec valet dicere, quod quia Deus Iudeis terram gentilium conceſſerat, ideo permiſit vſuras ab eis accipere, iuxta illud Ambroſij & habere 14. q. 4. Ab illo exige vſurã, cui meritò nocere deſideras. Tum quia non fuiſſet diſpenſatio, ſed donatio, ſicut quando

hębreis

hębreis ægyptiorum vaſa donauit. Tum quia non eſt credendum Deum vſuras alienorum iudeis conceſsiſſe. Nam eandem vſuram permiſit illis, vt acciperent ab alienis, quam prohibuit, vt
26 acciperent à fratribus, conſtat autem, quòd hæc erat contra ius naturæ, ergo & illa fuit contra ius naturæ, ac propterea non conceſſa, ſed permiſſa tantum. Vlterius terra gentilium iudeis donata non fuit niſi vtraque ripa Iordanis, quæ centum & ſexaginta mille paſſus longitudine patebat. latitudine vero ſexaginta, ſed à quibuſcunque etiã remotiſsimis gentibus poterant vſuras impune accipere, non ergo fuit conceſsio illa peculiaris, Verbum autem Ambroſij non pro regula, ſed pro
27 conſilio accipiendum eſt. Sic. Ab illo vſuram exige, cui merito nocere deſideras, ergo ſicut nulli nocere deſiderare debes, ita à nullo debes vſuras petere. At ſecluſo omni iure ſcripto tam diuino, quam humano, ſi ſolam naturam ducem ſectamur, vſura vitium eſt turpiſsimum, & contra
28 naturam à philoſopho 4. libro Ethicorum aſſeritur. Quod à D. Thom. validiſsima ratione con-
29 uincitur 22. q.78. ar.1. qui ſane ex principiis iuris naturalis abſque alio reuelato lumine, probat vſuram eſſe peccatum, eo quòd in illa aut idẽ bis venditur, aut venditur quod vendi nõ poteſt, nempe vſus rei, quæ ipſo vſu conſumitur, qui ſane à re, quę venditur minime diſtinguitur. An autem ſpeciatim in Euangelio vſura prohibeatur parum iudicio meo refert, ſat enim eſt illo deca-
30 logi præcepto prohiberi. Non furtum facies.

Verbum

Verbum ſiquidem illud Luc. 6. quod in ore omnium verſatur. Mutuum date nihil inde ſperantes ſi ad literam inſpiciamus, eſt conſilium nõ preceptum, ibi etenim Chriſtus perfectionem chri-
31 ſtianam edocebat. Loquitur ergo ibi non de ſpe vſurarij lucri, in quo ſenſu ſub præcepto cadit, ſed de ſpe, quę ponitur in homine, alicuius etiam honeſtę recompẽſationis, quaſi dicere velit. Non debemus mutuum dare, vel quodcũque bonum facere propter ſpem hominis, ſed propter ſpem Dei, vt pulchre exponit D.Th. 2 2. q. 78. ar. 1. ad 4.
32 Quòd ſi quis afferat. Alex. 3. in c. Quia & c. Super eo. de Vſur. dicẽtem vſuram prohiberi vtriuſque teſtamenti paginis. Reſpondetur quòd vtique per quandam extenſionẽ verbum illud & accommodatur contra vſurę vitium affertur, & quidem optime arguendo à fortiori. Si etenim Chriſtus prohibuit tanquam conſilium ne quis ex mutuo beneficium aliquod ſperet gratuitum, alioqui licitum, multo amplius prohibet, ſi quis ex mutuo aliquid ſperet tanquam debitum pacto vel explicito vel implicito, & ſpe etiam interna animi abſq; vlla conuentione. Atque ita egregie exponit Sotus quicquid alij ſenſerint. Nam D.Thom. concluſionem illam in ar. 1. ex eo tex. minime probauit, ſed ex viſceribus naturalis iuris eam de promſit.

Reiiciuntur

Reiiciuntur nonnullæ ſolutiones, quæ ad propoſitam quæſtionem dari poſſent. Cap. IIII.

1 *Lucrum ceſſans ab inuito ceſſare debet.*
2 *Lucrum ceſſans habet locum quando debitor eſt in mora.*
3 *Regulę duę D. Thom. de lucro ceſſante, & damno emergente.*
4 *Lucrum ceſſans licitum quatenus reducitur ad damnum emergens.*
5 *Lucrum ceſſans vſuris viam aperire videtur.*
6 *Doctores antiqui lucrum ceſſans damnarunt.*
7 *Venditio ad tempus non iuſtificatur propter pericula vendentis.*
8 *Neque propter futuras expenſas, quas timet venditor.*
9 *Creditor non poteſt in pactum deducere expenſas quas faciet in exigendo à debitore, licet eas poſſit exigere.*
10 *Vendere pluris expectata ſolutione licet, quando venditor erat ſeruaturus.*
11 *Intellectus c. In ciuitate, & c. Nauigãti de Vſur.*

NON eſt autem probandus modus, ſeu ratio illa, qua multi præfatam ad tempus venditionem ſaluare exiſtimãt, ob lucrum nẽpe, quod venditori ceſſat, qui cum futuram ad tempus ſolutionem expectet lucrari interim non poteſt. Nam

Nam reuera lucrum non ceſſat niſi ab inuito. Qui enim abſque vi, vel fraude vltro vendit, non dicitur illi lucrum ceſſare, niſi ad hunc ſenſum quia ſcilicet non lucratur, non autem impeditur à lucro ab emptore. Præterea tunc lucrum ceſſans locum habet, cum debitor eſt in mora ſoluendo, quod in propoſito non contingit, cum ſolutionis tempus pēdeat, vt habetur l. lecta ff. ſi certum pet. Vnde D. Ant. 2. p. Tit. 1. cap. 8. §. 2. negat aperte licere ratione lucri ceſſantis rei prętium augere. Quanquam ſcio Caietanum plurimum laborare 22. q. 78. ar. 2. vt lucrum ceſſans ſaluet, vt ſi quis inuoluntarie quaſi, vt neceſsitatem patienti occurrat, pecuniam à negociationis ſtatu dimoueat & illi mutuet. Quòd ſanè Soto minus probatur. Sed vt dicam quod in hac re ſemper credidi. Si lucrum ceſſans proprie & formaliter ſumitur, quatenus à damno emergente diſtinguitur in pactum deduci non pōt, cuius ratio eſt, quia damnū emergēs dicit rem in actu, eo quòd actu ipſo quis damnum ſentit, eſt enim amiſsio rei prę ſentis, atque ideo iure in pactum cadit. At lucrum ceſſans dicit rem in potentia, cum ſit amiſsio rei futuræ, idcirco non deducitur in pactum. Quapropter ſapientiſsime D. Thom. 22. q. 78. ar. 2. in ſol. primi argumenti duas vniuerſales regulas abſq; 3 vlla exceptione ſimpliciter conſtituit. Prima eſt, quòd damnum emergens ex mutuo licet expetere ab illo cui mutuatur, quia nullus ex beneficio mutui debet damnum incurrere. Altera eſt. Lucrum ceſſans ex hoc quòd de pecunia non poteſt

quis

quis lucrari non poteſt in pactum deducere, quia non debet vendere id quod non habet, & poteſt multipliciter impediri. Hę ſunt firmiſsimæ regulæ, ſi naturam vtriuſque, ſcilicet & damni emergentis, & lucri ceſſantis vere, ac proprie inſpiciamus. Quòd autem poſteriores lucrum ceſſans iuſtificare conati ſunt, vt Caietanus, & alij complures, id profecto fecerunt, quatenus lucrum ceſſans in damnum emergens redundat, & nõ aliter.
4 Vnde ipſe Caietanus in calce ſui longi commentarij loco ſupra citato, vbi lucrum ceſſans ſaluare conatur, ad damnum emergens reducit, & ratione ipſa conuincitur. Nam ſi eatenus lucrum ceſſans iuſte petitur, quia mutuans quodammodo cogitur vt alteri mutuet pecuniam ſuam à ſtatu negociationis diuertere in quo erat lucrum fere certum, & in proxima potẽtia, hoc certe eſt damnum pati. eſt enim inuoluntarium mixtum, & cõſequenter mora aliqua ſaluatur in debitore, ratione cuius poteſt paciſci creditor de intereſſe lucri ceſſantis, non tamen de toto, quia vt D. Thom. admonet non dum eſt actu, & poteſt multipliciter impediri. Alioqui ſi aliter lucrum ceſſans interpretemur & plus extendamus, viam arte
5 vſuris latiſsimam aperiemus. omnes enim mutuantes hoc lucro ceſſante ſe tueri poſſent, dicentes, ſi non mutuarem exponerem in negociationem. Neque eſt veriſimile homines amiſſo certo maiori lucro velle ex charitate mutuare cum minori lucro. Daretur præterea ſcandalum aliis qui non vident intentionem, niſi res eſſet manifeſta,

ſeſta. Alliciuntur quidem homines vt plurimum
tali lucro. Propterea doctores, antiquiores præ-
6 ſertim, generaliter prohibent lucrum ceſſans. Nec
obſtat, quòd hoc videtur licere mercatoribus. Nō
enim præſumendum eſt illos maiorem habere
charitatem ad alios, quam ad ſe ipſos habeant, ſi
tamen charitas eſt dicenda. Non obſtat pariter,
quòd hoc modo pauperes adiuuantur, & plures
artes exercere poſſunt ad publicum bonum, & fa
miliç ſubſtentationē. Nam in neceſsitate tenentur
homines gratis mutuare, & maiori charitate iuua
rent proximū, ſi gratis mutuarent. Poſſent etiam
non mutuo dare, ſed in ſocietatem, & lucrum aſ-
7 ſecurare, vt alias dictum eſt. Neque etiam iuſti-
ficari poteſt contractus iſte, propter pericula, qui
bus venditor ſuas exponit merces, dum rei præ-
tium expectat, quandoquidem nulla eſt venditio
in futuro ſoluenda, quæ non alicui periculo ſub-
ſtet. Quin etiam qui mutuat periculis ſubiacet.
Vnde vſurç via aperiretur. Vlterius licita non
redditur venditio huiuſmodi, ob multas expen-
8 ſas, quæ ad recipiendum prçtium fieri haberent,
ſeu quas facere venditor timet. Nam licet credi-
tor à debitore exigere valeat expēſas, quas in exi
9 gendo rei prçtio facit l. Cum ff. de Iud. & c. finem
litibus, de dolo, & contum. illud tamē in pactum
ante deducere non caret vſurç ſuſpitione, niſi for-
ſan apertiſsimis coniecturis huiuſmodi expenſæ
timerentur, vt ſi debitor longe abeſſet, prout no-
tat Sotus lib. 6. & de Iuſt. & Iur. q. 4. art. 1. At hoc
eſt de raro contingentibus. Atque hic obſeruare

libet quod D.Thom.in opuſc.67.ad lect. Floren. dicit, qui licet expenſas licite factas, vt in portatione pannorum poſsint mercatores licite recuperare, non tamen vſuras quas dederũt, cum hęc fuerit iniuſta datio,& præſertim etiam, cũ in dando vſuras precauerint,tanquam occaſionem peccandi vſurariis dantes, cum neceſsitas quæ ponitur ſcilicet,vt honorabilius viuãt, & maiores mercationes faciant non ſit talis neceſsitas, quæ ſufficiat ad excuſandum peccatum prędictum,hęc ibi D. Sanctus. Non valet quoque adhuc ad iuſtitiæ normam collimari hic vendendi modus, eò quòd merces,quę modo venduntur tempore expectatæ ſolutionis pluris forte valituræ ſunt,quo caſu concedi videtur,maiori prętio vendi ad tempus, per c.In ciuitate,de vſur. Nam ad hoc exigitur, vt venditor ſeruaturus eſſet merces venden-
10 das poſtea eo tempore,quo pluris valere ſolebãt, quo caſu licet pluris vendere expectato prætio iu-
11 xta declarationem c.Nauiganti eod.tit.Hęc enim eſt communis interprętatio illius canonis, iuxta glo.ibi & alios doctores, quanquàm Caiet. 22.q. 78.ar.2. aliter interprętetur tex.illum,volens diuerſum eſſe caſum poſitum in c.In ciuitate,à caſu propoſito in c. nauiganti. Sed in hoc non tenetur communiter Caietanus,& diſtinctio quam facit magis eſt difficilis, quam animabus vtilis, vt ait Nauar. in Man, c.17. num.237. à Soto autem metaphyſica potius, quam moralis reputatur.

An & quomodo contrahentibus liceat ſe decipere. Cap. V.

1 *Contrahentibus quomodo liceat ſe decipere citra dimidium declaratur.*
2 *Vendere vltra dimidium, & emere citra dimidium quid importat.*
3 *Naturalia præcepta non poſſunt aliqua lege humana tolli, aut diſpenſari.*
4 *Pręſcriptio in pœnam negligentię ad lites tollendas legibus ciuilibus inducitur.*
5 *Pręceptum iuſtitię annexam habet reſtitutionẽ.*
6 *Venditor qui per fraudem ſeductus vendit non pręſumitur volens, nec ſciens.*
7 *Peccans legis authoritate non peccat quomodo intelligitur.*
8 *Contrahentibus & ſi liceat ſe decipere, non tamen conuenit bono viro.*
9 *Contrahentibus licet ſe decipere permiſſorię non in foro Dei.*
10 *Leges humanę non omnia prohibent quę ſunt contra virtutem.*
11 *Deceptio ex intentione neque lege humana permittitur.*

POSSET quoque quibuſdam videri, modum hunc vendendi ad tempus maiori prętio excuſari poſſe, eo quòd contrahentibus liceat ſe decipere citra dimidium iuſti prętij, quod non tantum ciuilia iura permittunt, vt habetur l. in cauſæ

1 la ſecōda §.Idem Pomponius ff.de Min.& l. Item ſi prętio ff.locati,& l.2.& l.ſi voluntate C. de Reſc.vend. verùm etiam canonica iura,vt c.Cum dilecti, & c. Cum cauſa, de Empt. & Vend. Sed ex tali dicto,quod frequētius in ore multorum verſari ſolet contractus iuſtitia minime habetur. Male etenim à multis intelligitur. Quidam nanque vt Couarr.lib.2.Var.reſol.cap.intelligunt dictum illud, dummodo deceptio nō exeat latitudinem, & terminum iuſti prętij. Quæ ſanè interprętatio parum,aut nihil ad rem facit. Nam cum ſit venditio intra illos terminos iuſti prętij nulla contingit deceptio. Reiicitur quoque interprętatio quo
2 rundam, qui vt refert Conr. de Contract. q. 17. arbitrantur, quod vendere vltra dimidiū,ſit vendere vltra duplum. Hoc etenim omnino falſum eſt, quia vendere vltra dimidium eſt vendere vltra ſexqui alteram, vt ſi res decem valet venderetur ſexdecim, ſicut emere citra dimidium eſſet eandem rem emere quatuor. Reiicitur tertio opinio Durandi ordinis min. qui à D. Antonino reprehenditur 2.p.Tit.1. cap.16. dicentis,quod liceat in foro Dei vendere maius iuſto prętio dummodo non excedat dimidium iuſti, & hoc probat dupliciter. primo,quia lex humana quæ obligat in conſcientia poteſt in pœnam imprudentię emptorem condemnare illo exceſſu,ſicut facit in præſcriptione.Secundo quia ſi in iudiciū deferretur venditor abſoluitur, ergo tutus remanet in conſcientia,cum lex humana ſic obliget. Contra quam opinionem affertur imprimis præceptum

natu-

naturale,& diuinum. Id alteri ne feceris,quod ſi-
3 bi non vis fieri. Præterea naturalia non poſſunt
aliqua lege humana tolli, neque diſpenſari. Sed
ſeruare equalitatem in commutationibus eſt præ
ceptum naturale,& diuinum etiam,eo quòd prę-
cepta naturalia ab ęterna lege deriuātur,ergo &c.
Accedit tertio, quia fraus voluntario opponitur,
ergo emptor inuitus dat tunc vltra dimidium, ac
per hoc venditor furti genus committit. Quarto
ſi ſic liceret citra dimidium decipere, liceret etiā
in menſura defraudare,quod certe iniquiſsimum
eſt, iuxta illud Deut.25. Non habebis in ſacculo
diuerſa pondera maius & minus,neque erit in do
mo tua modius maior, & minor. Quinto loco
obſtant verba apoſtoli 1.ad Theſſ. 4. dicentis. Ne
4 quis in negocio fratrem ſupergrediatur. Nec eſt
par ratio de pręſcriptione,tum quia in pœnam ne
gligentiæ ad lites tollendas, & pacem conſeruan-
dam inducta fuit ciuilibus legibus, tum quia in
præſcriptione poſſeſſor bona fide poſsidet, non
autem cum venditor emptorem decipit.Non ob-
ſtat vlterius ſecūda ratio, quia in hoc caſu lex hu-
mana duo diſponit, alterum, quòd læſo citra di-
midium nō datur actio in iudicio, alterum, quòd
non permittit contractum reſcindi, & hoc ad li-
tes finiendas,atque tollendas. Neque abſolu-
tio, quam iudex facit in tali caſu eſt ſacramenta-
lis,expectādum quippe eſt diuinum forum,quod
plane longe diuerſum eſt ab humano. Reiicitur
quarto opinio Gerſon, qui in Tractatu de cōtra-
ctibus, vult quod deceptor peccat, & mortaliter

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſi exceſſus eſt nimius, nõ tamen ad reſtitutionem tenetur. Ratio ſua eſt,quia ſcienti & volenti non fit iniuſtum. Sed hæc opinio plurimum deficit, quoniam præceptum iuſtitiæ annexam habet re-
5 ſtitutionem.c.ſi culpa de iniur. & damno dato, vbi ſic habetur. Si culpa tua damnum eſt datum, & iniuria irrogata iure ſuper his ſatisfacere te
6 oportet. Nec obſtat ſua ratio. Nam in eo caſu, neque volens, neque ſciens eſt emptor, qui per fraudem ſeducitur à venditore, putans rem tanti valere,quanti à venditore petitur. Quòd ſi afferatur dictum Auguſtini cõtra Pellicianum, quod
7 habetur 23. q.4. c. Qui peccat, & l. Gracchus C. Ad l.Iuliam de Adult. Qui peccat legis autoritate non peccat,ſed qui contra legem agit,in promptu eſt ſolutio Io.à med. Cod.de reli reſt. q.32. intelligit dictum Auguſtini, de lege diuina non humana. Sed melius intelligitur de lege iuſſoria non permiſſoria.alioqui meretrices, quæ lege permittuntur nõ peccarent. Vnde Chriſoſtomus. Quòd permittimus nolentes præcipimus quia malas hominum voluntates ad plenũ prohibere non poſ-
8 ſumus, & glo. in l. ſemper ff. de Reg. iur. habet, quòd & ſi liceat contrahentibus ſe decipere non tamen conuenit bono viro. Vera igitur ſententia eſt,quam explicat D.Tho.22.q.72.ar. 1. ad 1. & eſt communis Theologorum 4.d.15. & etiam Canoniſtarum,vt Innoc.& Panor.in c.In ciuitate de Vſur. quam ſequitur Baldus in c. Cum cauſa, de Textibus. Quòd non licet in foro Dei, & in
9 conſcientia, licet lege permittatur. Permittitur

autem

autem non vt licitum,ſed quia non punit. Leges
10 etenim humanæ non omnia prohibent, quæ ſunt
contra virtutem, neque perfectum faciunt homi
nem quemadmodum diuina lex, ſat eſt illi quie-
tum & tranquillum hominum conuictum con-
ſeruare, cętera vero iuſtiſsimo Dei iudicio refert.
At pręter hanc interpretationem, quę optima eſt,
quidam aliter & non inepte interprętantur,& vo
lunt, quod, quando deceptio ex propoſito, atque
11 intentione decipientis cum dolo contingit, quæ
formalis deceptio dicitur, etiam in foro exteriori
tollenda eſt lęſio,& contractus reſcindendus,etiã
ſi intra dimidium cõtingat deceptio ipſa & lęſio.
Si autem dolus non ex propoſito, aut ex intẽtio-
ne inciderit, ſed quia contrahentes ipſi ignoran-
ter decepti ſunt, exiſtimantes illud eſſe iuſtum
pręcium, obſeruanda eſt lex 2. C. de reſc. Vend.
quod nõ datur amplius actio niſi vltra dimidium
deceptio fuerit, ſi enim dimidium tranſcendit pręſumitur dolus & deceptio ex intentione, quam le
ges non permittunt. Quæ plane expoſitio ſatis
mihi placet, & iuſtitiæ in foro Dei magis accedit,
& ciuiles leges magis iuſtificat, & expreſſe elici-
tur ex verbis Imperatoris in l. ſi voluntate C. de
reſc.vend. vbi ait quod nec bona fides, nec aliqua
ratio patitur, vt contractus in quo fit defraudatio
citra dimidium omni dolo ſecluſo reſcindatur.
ergo ſi dolus contingat nullo modo erit licitus.
Verumtamen præcedens communior eſt inter-
pretatio.

Quod ſit iuſtum mercium prætium. Cap. VI.

1 Pretia rerum non ex affectu, aut ſingulorum vtilitate fingenda ſunt, ſed communiter.
2 Prætium iuſtum ex communi mercatorum vſu conſtituuntur.
3 Res tanti valet quanti vendi poteſt quomodo intelligatur.
4 Pretia rerum creſcunt, & decreſcunt ſecundum copiam vel inopiam emptorum, & vẽditorum.
5 Mercator non poteſt tantum vendere quantum emit & lucrari pro labore periculis & expẽſis.
6 Mercatores tenentur ſubire pericula negociationis.
7 Mercator nõ poteſt expectato tempore tanti vendere in fine nundinarum, quanti in principio valebant merces.

Aliunde itaque huius contractus iuſtitia petenda eſt, nempe ex iuſti pretij determinatione. Habito nanque quod ſit iuſtum rei pretium, & quomodo ſumendum ſit, facilis erit nodi diſſolutio.
1 Rerum nanque pretia non ex affectu, aut ſingulorum vtilitate fingenda ſunt, ſed cõmuniter, ait lex pretia ff. ad leg. Falc. id quod & Doctores omnes, tum Theologi, tum Canoniſtæ affirmant, vt habet Couarr. præcitato loco nu. 4. Senſus autem legis eſt, pretia rerum non ex priuatorum

uatorum hominum extimatione penſanda ſunt, ſed ex communi prudentum, ac proborum vſu.
2 Huiuſmodi verò vſus ex ipſis mercatoribus libere contrahentibus proficiſcitur. Si etenim ceſſante fraude, dolo, omnique violentia libere inter ſe contrahunt emptores, ac vẽditores, ex ipſa rei natura iuſtum prętium conſtituitur. Nam ſi venditor merces ſuas diſtrahere cupit, vtique illarum prętium ita moderate iudicabit, vt emptores inuenire valeat. Quapropter vbi inter ſe libere, ac ſpontanee conſentiunt venditor, atque emptor ſecluſo omni dolo, & fraude, rei prętium iniuſtũ
3 fore minime timendum eſt. Quoniam ex ambobus pendet. Atque hoc eſt illud, quod communiter dici ſolet. Rem tanti valere, quanti communiter vendi poteſt, prout habetur l. 1. §. ſi Hæres. ff. ad Trebell. hoc eſt quanti inuicem conueniunt venditor, atque emptor, ſecluſa omni fraude, & dolo, & præſuppoſita communi rei notitia. Quæ ſanè prætia creſcere, ac decreſcere ſolent, habita pro tempore ratione copię, vel inopię rei, iuxtaque multitudinem, vel paucitatem emptorũ
4 venditorumque. Quando nanque eſt emptorum copia prætium augetur, quemadmodum decre-
5 ſcit quando eſt venditorum multitudo. Vnde fit, vt mercatori minime liceat quanto emit prætio, quantumque laboris, & periculi ſubiit tantum vendere velit cum lucri acceſsione. Si nanque mercator artis, negociorumque ignarus pluris iuſto emit, aut non arridente fortuna (de fortuna loquimur ſano modo moreque phyſico) quia ſci

licet

licet inſperata mercium copia ſuccreuit non poteſt iuſte extorquere expenſas labores periculaq; quæ ille ſubiit. Et vice verſa, ſi alius induſtrior fuerit, aut fortunatior, eo quòd contingerit inſperata rerum caritas, atque inopia, poterit carius vendere etiam eodem die, eodemque loco, etiam mercibus non in melius mutatis. Nam cum negociationis ars plurimis ſit fortuitis euentibus ſubiecta, huiuſmodi certe pericula negociatores
6 ſubire debent. Quamobrem mercator ſiculus, qui frumenti nauim in Hiſpaniam aſportauit, & propter magnam frumenti copiam ex aliis partibus delatam imminutum ſit illius pretium, non poteſt tuta conſcientia tanti vẽdere, neque ad numeratum, neque ad tempus, quanti emit, etiam vt ſe indemnem reddat, ſed cõmuni pretio, quod in foro currit vendere debet. Eademque ratio-
7 ne, non poſſunt mercatores in fine nundinarum licite merces vendere expectato tempore pro eodem prætio, quo valebant numerata pecunia, quando erat ibi emptorum copia. Sic eſt de mente Conr. de Contract. q. 56. q. 3. & Soti lib. 6. de Iuſt. & Iure q. 2. ar. 3. & Couarr. vbi ſupra num. 4.

De Triplici prætio rerum quod à Doctoribus conſtituitur. Cap. VII.

1 Iuſtum prætium legittimum inuariabile.
2 Variare iuſtum prætium legittimum peccatum ſuo genere mortale.

3 Iuſtum

3 *Iuſtum pretium naturale diſtinguitur in infimum medium à ſupremum.*
4 *Virtus in medio conſiſtit, quomodo.*
5 *Pretium rei vnicum eſt cum latitudine.*
6 *Intra terminos iuſti pretij licitum eſt contrahere.*
7 *Regula ad dignoſcenda iuſta pretia.*

IVSTVM itaque rei pretium, vt ſummatim dicamus illud eſt, quod ex peritorum, atque prudentum vſu conſtitui ſolet, modo ſuperius expoſito. Quod ſane pretium rei naturale dicitur, ad
1 differentiam legittimi pretij, quod in indiuiſibili conſiſtit, eo quòd cum lege ipſa ſtatuatur variari non poteſt, ac propterea peccatum ex ſuo genere mortale eſſet ſi quis pluris hoc ſtatuto pretio rem ſuam venderet, niſi conſtet pretium taxatum iniuſtum eſſe, aut deceptione, aut malitia taxantium, alias preſumi debet iuſtum ni modicitas ex
2 ceſſus excuſaret à mortali. Hoc autem, quod naturale dicimus, propterea quod iuxta rerum naturam humano vſui accommodatur latitudinem habet, diſtinguiturq; communiter à doctoribus,
3 in pretium infimum medium, & ſupremum, vt ſi dicamus nouem, decem, vndecim. Ita docent Scotus 4.d.15.q.2. D. Anton. 2. Tit. 1. cap. 8. §. 1. Conr. de Contract. q. 56. Caiet. in ſummula, Verbo Venditio. Sot. lib. 6. de Iuſt. & Iure q. 2. ar. 3. Nauar. de pœn. d. 5. num. 45. & elicitur à D. Tho. 22. q. 77. ar. 1. vt ibi adnotat Caietanus. Ratio huius diſtinctionis eſt. Quoniam humana prudentia, quę rerum prętia cõſtituit non poteſt acu rem

tan-

tangere, neque punctaliter equalitatem pretij attingere, ſed quodam arbitrio, atque iudicio ad illam accedit, quandoque excedendo, quandoquè minus accedendo. Vnde hæc tria prætia oriuntur.
4 Quemadmodum Ariſt. lib. 2. Ethicorum cap. 6. de virtute aiebat, quòd in medio conſiſtit, non pũctaliter, ſed prout prudens definit & iudicat. Verum pro maiori huius diſtinctionis explicatione, quoniam ex illa omnia pendent, animaduertendum eſt quã diligentiſsime, rei pretium in ſe ipſo abſolute conſideratum vnicum eſſe. Quapropter errant grauiter in hoc mercatores, exiſtimantes tanquam certiſsimum, & conſtantiſsimum rem duplici pretio conſiſtere, altero ad numeratum, altero ad tempus, hoc enim pias aures offendit, & ſcandalum præſtat. Nam rei pretium vnum eſt
5 in præſenti. Sed tamen cum tali vnitate, quæ vt dictum eſt, non eſt vnitas matematica, atque indiuiſibilis, mercatorum commoditas, & contrahentium effecit, vt illud vnum latitudinem haberet, & diſtingueretur, in infimum, medium, ac ſupre-
6 mum. Intra quos terminos, & limites licitum eſt contrahere per emptionem, ac venditionem, ſiue ad numeratum, ſiue ad tempus, prout aſſerunt prænominati doctores, & præter illos Arius Pinellus Luſitanus de Reſc. vend. 3. p. cap. 4. nu. 34. & Nauar. in Tractat. de Vſuris num. 27. Adeo quòd licet merces pro tempore vendantur, dummodo contrahentes nõ egrediantur terminos horum pretiorum, iuſto pretio venduntur. Quæ ſane pretia iuxta communem fori curſum penſanda,

da,atque extimanda ſunt,vt ex ſupradictis patet.
7 Ad dignoſcendum igitur ſi rei prętium inter hæc tria prętia ſixtit & continetur, opus eſt inſpicere, atque attendere ad communem fori curſum, remota omni fraude, aut doli ſiniſtra intentione. Quod autem hæc ſit optima regula pro digno ſcando iuſto rei prętio, inde clariſsime percipere poſſumus. Quoniam non exiſtente monopoliorum iniquitate in ciuitate V.g. Florentina, in qua plurimi ſunt mercatores pannorum laneorum ſi venditores,pannos ſuos vẽdere cupiunt,non poſſunt illorum prętium adeo augere, vt emptores non inueniant.Similiter emptores nũquam emerent,ſi prętium valde tenue offerrent. Neceſſe eſt igitur, vt ex natura rei,& ex vſu ipſo iuſtum prętium conſtituatur, & inter illos terminos contineatur. Et hoc quod de vna merce dictum eſt,de omnibus pariter dicendum videtur. Quanquam diſpar ratio forte inueniatur in illis, quæ ſplendorem potius,quam vtilitatem faciunt, vt gemmę,& id genus prętioſorum, in quibus poteſt lõge maius prætium augeri. At in iis,quæ ad communem hominum vitam pertinent,ex communi vſu fori prętium extimandum eſt.

Propoſiti dubij reſolutio. Cap. VIII.

1 *Licitum eſt carius vendere, credita pecunia quã ad numeratum infra limites iuſti prętij.*
2 *Verba D.Th.notabilia ad lectorem Florentinũ.*
3 *Verba Soti notabilia.*

His

His igitur præmiſsis, iactiſque fundamentis, veniamus ad propoſiti dubij deciſionem. Dicimus ergo, quòd ſi res agitur inter mercatores realiter, pura, ſinceraque intentione, ſemotaque omni fraude, & dolo, ita quòd mercatores nolint rem extra iuſtum ſuum prætium, modo ſuperius expoſito extrahere (id quod maximopere inſpiciendum eſt pro ſaluanda iuſtitia huius contractus vendendi ad tempus) ſi inquam negociū tali pacto tranſigitur, abſque vſuræ, ſeu alterius iniuſtitiæ vitio licite fieri poteſt. Quoniam vt di-
1 cunt Caietanus, Sotus, Nauarus, & complures alij grauiſsimi autores infra limites iuſti prętij licitum eſt carius vendere pecunia credita quam ſit venditum ad numeratum. Hoc idem habet Silu. Verbo Vſura el 2. §. 1. Quin hoc apertiſsime docet D. Thom. in opuſculo 67. reſpondens lectori Florentino, huiuſmodi caſum in terminis
2 proponenti. Vbi ſic habet ad verbū doctor ſāctus. Si mercatores Tuſcię portantes pannos de nundinis Litinati vt vſque ad tempus reſurrectionis expectent prætium plus vendant pannos, quam debeant ſecundum commune forum, non eſt dubium eſſe vſuram, ſi autem non pluſquam valet, plus tamen quam acciperent ſi eis ſtatim ſoluere tur non eſt vſura. Hæc ille ad verbum. Idem clariſsime affirmat Caietanus 22. q. 77. ar. 1. vbi in fine hæc verba habet. Hinc quoque fit, vt vendat nunc ſoluenti per decem, qui ſoluturo ad annū non vult vendere niſi per duodecim, hæc ille. Sotus quoque lib. 6. de Iuſt. & Iure q. 4. ar. 1. ad 4.

ſic

ſic dicit. Ratio quare poteſt aliquis vendere plus
3 quam pro pecunia numerata eſt neceſsitas vendendi, & emendi magnam mercium copiam, quę nequit numerata pecunia vendi. hæc ille. Quod dictum intelligendum eſt, dummodo vēditio nō exeat latitudinem iuſti prætij. Nec valet dicere præallegatum opuſculum non eſſe D. Thom, hoc enim eadem ratione reiicitur, qua affirmatur. Sic nanque dubitare poterimus de aliis ſuis opuſculis, atque tractatibus. Breuiter ergo perſtringamus, atque reſoluamus, quòd ſi in tali vſu vendendi pro tempore, tempus ipſum iuſtum rei prętium non auget, dubio procul venditio iuſta eſt, quoniam non venditur carius ratione temporis, id quod vſurarium eſſet, ſed rei valor intra iuſti prætij terminos continetur.

Quibus nam modis dignoſci poßit venditionem ad tempus iuſtum prætium non excedere. Cap. IX.

1 *In venditione ad tempus de facili linea iuſtitię tranſilitur.*
2 *Verba Couarr. notabilia.*
3 *Vendentes ad tempus fere omnes eodem prętio vendunt.*
4 *Ex commodo quod ſentit emptor non recte iuſtificatur venditio ad tempus pluris quam ad numeratum.*

5 *Mer-*

5 *Mercatores ad numeratum vendere nolunt, ſed ad tempus.*

6 *Vendentes ad tempus qui libentius ad numeratum venderent poſſunt plus vendere ratione damni emergentis.*

7 *Iuſtum rei prętium eſt illud, quod hic & nunc inuenitur.*

8 *Difficile credi poteſt, vt mercator ad tempus vendet pro eodem prętio quo valet numerata pecunia.*

At quoniam in moralibus in vniuerſum dicere non ſat eſt, niſi ad praxim, & ſingularia in quibus actiones verſantur doctrina applicetur, videre opere prętium eſt, ſi mercatores ad tempus vendentes doctrinæ reguliſque ſuperius explicatis innituntur, an vero ſignum lineamque
1 iuſti prętij tranſiliant. facile ſi quidem eſt à recto tramite iuſtitiæ in hoc contrahendi genere diuertere, & per abrupta auaritiæ incedere. Poſſunt autem plures rationes, ſeu plura ſigna in medium adduci, quibus ſanè probabile ſatis fieri poteſt his qui iudicio pollent in huiuſmodi venditione ad tempus, quæ inter probos mercatores exercetur, qui rectam ſinceramq; retinent intentionem, prætium extra iuſtitiæ fines, ac terminos non exire, etiam ſi aliquanto magis ſoluatur, quam ſi ad numeratur venderetur, ſolutum fuiſſet.

Atque imprimis ſuaderi poteſt ex ipſo vſu cõmuni, qui intra probos etiam contrahentes reperitur. Nam ſi quod communi vſu ſtatuitur à prudentibus,

dentibus, abſque vi dolo, atque ignorantia (quæ omnia inuoluntarium efficiunt, vt docet philoſophus tertio Etichorum) pro iuſto prętio habetur, quemadmodum omnes Doctores dicunt, & prętium hoc in venditione ad tempus à communi omnium mercatorum conſenſu libere abſque vi, dolo, & ignorantia proficiſcitur, conſequitur certe iuſtum eſſe prętium. Quapropter Couar. pręcitato loco num. 6. habet. Non eſſe damnandos
2 mercatores, qui in locis in quibus merces, vt plurimum credito venduntur potius quam ad numeratum carius vendunt quam valent res ſi pecunia numerata venderentur. Quoniam in his mercibus, quæ ad tempus venduntur ſecundum communem hominum exiſtimationem, illud profecto iuſtum prętium cenſendum eſt, quod ſpectat ad pecuniam credito expectatam, quod ſane propter communem hominum conuictum neceſſarium eſt: & propter mercium permutationem, cum non inueniantur emptores, qui pecuniam ſtatim ſoluant, hoc vero modo maximo Reipub. commodo reperiuntur. Idem aſſerunt Salic. in Aut. ad hæc q. & 11. q. C. de Vſur. & Decius conſilio 111. col. 8.

Afferunt præterea hanc rationem vt perſuadeant venditionem ad tempus non tranſire iuſtitiam prętij. Nam ſi in ciuitate V. g. Florentina exiſtunt centũ vendentes, centumq; pariter ementes, neque ſunt monopolia, ſi hoc prætium, quod communiter currit in foro non eſſet iuſtum, ſed excedens, vtique aliqui vilius venderent, vt mer-

3 ces ſuas diſtraherent, ſicque ſatis lucrarentur, nihilominus omnes ferè mercatores ęodem prętio vendunt. Quæ quidem ratio non parum ſuadet, dummodo per viam taciti cuiuſdam monopolij vendentes inter ſe non conueniant, vt tantum vendant, & non minus.

Probant vlterius, hunc vendendi modum non eſſe cõtra iuſtitiã. Nã emptori nulla fit iniuſtitia, nullumque damnum, cum beneficio tẽporis gaudeant, ac per hoc lucrari poſsit, adeo quod in maius ementis beneficium redundat, quam ipſius vendentis. Quapropter Salic. in præall. Aut. dicit, quòd cum venditor alteri vẽdit, eandem rem lucri cauſa contractare volenti, quod communiter inter mercatores contingit, non eſt vſurarium aliquid amplius crederò vẽdere, quam ad numeratum, dummodo iuſti prętij latitudinem non ex

4 cedant. Sed huic rationi ſtatim opponi poteſt, quoniam & recipiens pecuniam ſub vſuris commodum ſentit, & cum illa lucrari poteſt. Quòd ſi reſpondeant, in acceptione pecuniæ ſub vſuris manifeſtam inueniri iniquitatem, & damnum patentiſsimum accipientis, id quod non habet locũ in propoſito, vbi ſupponitur rei prętium iuſtum eſſe. replicari poteſt, hoc eſſe quod in præſenti quæritur, ac diſputatur, an in venditione, quæ fit ad tempus, in qua venditur plus quam ad numeratum prætium ſit iuſtum.

Confirmari poteſt adhuc iuſtitia prætij in tali venditione ad tempus. Quoniam compertum eſt à mercatoribus probis, ac fide dignis affirmanti-

bus

bus lucrum hoc in venditione ad tempus,vt plurimum nõ excedere ad rationem octo,aut decem pro centenario, Quod ſane prætium non videtur nimis magnum, aut exceſsiuum. Quin vlterius fatentur,quòd ſi ad numeratum venderent nihil, aut parum lucrarentur. Vnde negocium relinquerę cogerentur, non abſque vniuerſalis boni iactura. Hoc idem affirmat Laur.Rodulph.in cap. Conſuluit de Vſur.quem ſequitur D.Anton.2.p. Tit.1.cap.3.§.5. Sed hoc eſt,quod plurimos torquet, & conturbat. qua nam iuſta ratione mercator potens vendere ad numeratum, vult vendere ad tempus aliquid plus, cum tamen ſi ad numeratum venderet, lucrari poſſet, & ex pecunia ſtatim accepta iterum merces eaſdem cõficere.
5 Vix enim huiuſmodi caſus tolerari poteſt, vt non ſit nimium auari animi inditium euidens.Ni forte excúſantes ſe dicant,lucrum illud,quod in prę ſenti ſoluta pecunia acciperent adeo tenue eſſe, atque exile,vt mercaturæ negocium proſequi amplius minime valerent. Quòd ſi mercatores omnes libentius ad numeratum venderent, ad pericula vitanda, & quia eaſdem merces denuo, atq; iterum fabricarent, & tunc amplius lucrarentur, ſi pro emptorum commodo, qui paratam pecuniam non habent,plus aliquid vẽderent expectata
6 ſolutione,quàm in præſenti acciperent, crediderim huiuſmodi prætium non fore iniuſtum. Nam in tali caſu haberi poſſet ratio lucri ceſſantis, quin & damni emergentis, quia reuera vendens libentius numerata pecunia minus vende-

ret,quam auctiori prętio ad tempus. Vnde cum ob expectatam ſolutionē damnum incurrat,quia inuitus quodammodo, & ſemiuolens rem ſuam diſtrahit. poteſt eſſe locus intereſſe lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis, conformiter ad ſuperius dicta in 4.cap. Sed hi qui cum poſsint ad numeratum vendere nolunt, ſed credito vendunt, vt maius ſuſcipiant prętium difficilius certe negocium habent, nō enim videtur vt iuſtum aliquod intereſſe lucri ceſſantis,aut damni emergētis prætendere valeant,cum ſcientes & volentes id agāt. Res profecto difficilis eſt,& quæ vix excuſari poſſit. Quod etenim in ſui defenſionem afferre poſſunt de tanta modicitate prętij, ob quam mercaturæ negocium deſerere cogerentur videant an ſit potius auaritiæ inuolucrum & impietatis tegumentum, quam iuſta defenſio. Nam non erit tam modicum, atque exiguum prętium, quod ad numeratum acciperent, vt non valeant commode, & cum lucri acceſsione negocium tranſigere,eo quòd (vt dictum eſt) alias merces iterum reficere valent. Vnde cum hoc non curent,quia forte alias pecunias ad hoc paratas habent,oſtendunt dubio procul nimiam,atque immoderatam lucri cupiditatem. Ipſi ergo viderint.

Afferunt præter dictas rationes, ſignum ſatis apparens, vt tueantur illud prętium pro tempore iuſtitiam minime tranſcendere. Nam eadem merces (& hoc ponderatur à præfato Laur. Rodulpho. loco præcitato) V.g. raſcia multoties ad numeratum tanti venditur, quanti ad tempus, ergo

ergo ad tempus vendere plus non exit iuſtitię ter minos. Sed hæc ratio ſi recte concludere debet, opus eſt, vt antecedens illud intelligatur eodem tē pore & loco, alioqui conſequens non bene infer-
7 tur. Nam vt ex prædictis concluſum fuit iuſtum rei prætium eſt illud quod de illa nunc & hic inuenitur. Quis enim ignorat pro temporum locorumque diſtantia & diuerſitate prætia augeri ac minui? Si autem hoc ſano quidem intellectu aſſumatur dictum illud difficile quidem eſt vt credi poſsit. Niſi forte dicant hoc contingere ab illis qui ad minutum vendunt, quibus aliquid plus vendere permittitur quam ipſi emerint. Vnde non videtur ex hoc modo ſumi poſſe argumentum, & ſignum efficax iuſtitiæ prętij in venditione ad tempus. Sed aiunt mercatores vendentes ad minutū non ſemper ſupremo ac rigoroſo prętio vendere. Affirmant præterea non ſolum ad minutum, ſed vnam integram petiam panni in eadem apoteca ab iiſdem mercatoribus tanti vendi ad numeratum, quanti ad tempus vendita fuit, immo hoc idem fieri ab iiſdem, qui pannos conficiunt, qui quandoque pro eodem prętio ſoluta pecunia vendiderunt quo ad tempus ipſum vendiderunt. Quod ſi hoc in eodem tempore & loco fuit in vſu (& non ſemel aut raro, ob aliquod
8 accidens contigit) ſatis ſuaderi poteſt pro illius prętij iuſtitia. Sed (vt dixi) difficile credi poteſt, vt qui eodem tempore, & loco rem ſuam vendere poteſt tanti, quanti ad tempus velit expectare ſolutionem. Videant ergo qui ſic vendunt an ra-

tiones & ſigna adducta regulis iuſti prætij allatis congruant. Regulæ ſi quidem ſuperius poſitę optime quidem ſunt, atque à doctoribus communiter approbatę, ſed ad praxim eas deducere, & ad ſingulares caſus applicare hoc opus, hic labor.

Vnde modus vendendi ad tempus inter mercatores conſuetus, profectus ſit. Cap. X.

1 Mos vendēdi ad tēpus ex induſtria profectus eſt.
2 Florentini induſtrij homines.
3 Mercatores neceſſe habent alienis pecuniis credito acceptis negociari.
4 Qui cum aliena pecunia ſub fenore accepta negociantur, dant pœnas proprię cupiditatis.

QVòd ſi quis percontetur, vnde dimanauerit mos iſte, & pro tempore vendendi vſus? Reſpondent mercatores, Illud fuiſſe in cauſa,
1 Quoniam in ciuitate V. g. Florentina homines ſunt plurimi induſtrij, carentes pecuniis, qui ſane emere pro tempore coguntur, vt ſua induſtria lucrentur. Vnde Bart. Soc. conſ. 87. num. 12. vol. 5. de mercatoribus Florentinis hęc verba pro
2 tulit. Communiter mercatores Florentini ſunt diligentes, & non permittunt pecunias dormire, & ſtare penes alios, & velle ſuum iactare. Hæc ille. Quòd ſi quis dixerit, qui non habet magnas pecunias, non debet in magnis negociari. Reſpondent

dent illico,hoc maximum afferre Reip.detrimentum,ac proinde pauperibus, quorum vita ex huiuſmodi negociis ſubſtentatur. Pręterea ſi ſoli diuites, ac præpotentes negociarentur,& mercaturæ incumberent, rerum vtique prętia ad magnum aſcenderent exceſſum. Vbi autem plurimi adſunt negociatores, merciumque fabricatores, merces ipſe intra moderata prętia continentur. Hoc autem oritur (vt ipſi aiunt) ex temporis commoditate, qua potiūtur induſtrij emptores, qui credito lucrantur. Ex eodem pariter reſpondent his qui mercatores damnant, ac vituperant, qui non ſolū negociantur propriis pecuniis,quas habent,verum etiam cum multo pluribus credito acceptis. Aiunt enim,neceſſarium eſſe illis ita
3 facere, Tum quia magna pars propriæ pecuniæ quam negociationi exponunt,in multis expenſis, pro fabrefacienda merce conſumitur,Tum vero, quia ſi ſolam propriam pecuniam in negociatione exponeret, vnum, aut duo ad plus lucrarētur, vnde mercaturam,ac negocia derelinquere cogerentur,idcirco opus illis eſt creditam illis pecuniā exercere, ſi in negocio perſeuerare volunt. Vnde in fine rationis, dicunt, quod lucrum ipſum conſtituitur ſolum ad rationem capitalis illorum, & proprię pecunię, eò quod lucrati sūt tot pro quo libet centenario ſuæ pecunię,& non pro aliis centenariis alienæ pecuniæ,quam in negociatione poſuerunt. Dicunt igitur lucrum non fuiſſe exceſſiuum,ac per hoc iuſto prætio fuiſſe venditionem mercium factam,licet pro tempore. Hęc & ſimi-

lia in ſui excuſationem proferre ſolent mercatores, quæ ſi ſolida ratione ſubſiſtunt aliorum modo ſit iudicium. Hoc tamen dixerim. Vndecunque ortum habuerit modus iſtis pro tempore vẽdendi; ſi intra terminos iuſti prętij non ſe continet, ſed excedat iniuſtum eſſe & nepharium. Qui
4 vero aliena mutuo ſub intereſſe accepta pecunia lucrari volunt, temerariæ cupiditatis vt plurimũ luunt pœnas, qui ſæpe ſæpius decoquunt, non abſque magna iactura & dedecore.

Reſponſio ad obiectiones propoſitas in ſecundo cap. Cap. XI.

1 *Prętium rei vnum non indiuiſibiliter.*
2 *Diſtinctio trium pręciorum in abſtracto potius quam in vſu habetur.*
3 *Difficile eſt mercatores omnes eodem prętio vendere.*
4 *Pręțium in magnis mercibus non eſt ad numeratum.*
5 *Pręțium iuſtum ex natura ſua ſemper eſt ad numeratum licet ſecus per accidens contingat.*
6 *Dictum notabile D. Antonini.*
7 *Morales regulæ ſemper admittunt exceptionem.*
8 *Sotus non recte arguitur à Nauar.*
9 *Nauarrus ratione lucri ceſſantis ſaluat venditionem ad tempus.*
10 *D. Thom. dictum notabile.*

11 *Intel-*

11 *Intellectus verus c. Conſuluit de Vſur.*
12 *Conſcientia mercatorum optima magiſtra.*
13 *Soti dictum notabile.*

SVPEREST modo obiectionibus ſuperius poſitis ſatisfacere. Et ad primã iam ſolutio patet, quoniam tempus non auget iuſtum prætium, ſupponimus nanque iuſti prætij latitudinem quam tranſcendere nephariũ eſt. Ad ſecundam reſpondetur eodem fundamento, Rei prætium vnum eſſe, ac non vnitate indiuiſibili, verum latitudinem habere trium prætiorum, vt expoſitum fuit. Sed hic oritur ambiguitas non parua. Nam vt mercatores affirmant ipſi non agnoſcunt huiuſmodi prætiorum latitudinem, neque in vſu illam habent, vt vendant quandoque minus, quandoque plus, ſed ſemper omnes eodem prætio
2 ad numeratum vendunt, Nam vadat quis ad omnes mercatores lanificos idem præciſe prætium omnes petunt, perinde ac ſi lege ſtatutum ſit. Vnde cum hæc diſtinctio prętiorum non ſit in vſu, ſed in abſtracto potius conſideretur, non videtur bene accomodari poſſe in pręſenti propoſito, pro ſaluanda iuſtitia venditionis ad tempus. Niſi forte quis dixerit mercatores non vendere ad numeratum prætio ſupremo, & rigoroſo, ſed medio.
3 Nam ſi ſupremo venderent omnes, difficilis fieret illis venditio, eo quod quidam illorũ immo plures minoris venderent, vt citius venderent, niſi inter eos conuentio ad inſtar monopolij intercederet, quod non ſupponitur in preſenti caſu alioqui

inju.

iniuſtitia eſſet. Si itaque ſic eſſet, nempe, quòd eodem prætio venderent omnes, non tamen ſupremo, facile intelligi poſſet, quòd cum ad tempus vendunt, ſupremo prætio vendunt, id quod ad numeratum minus vendunt, ac per hoc prætium non exit limites iuſtitiæ. Quanquam forte quod dictum eſt mercatores vno prætio vendere verum eſt, quando ad minutum vendunt, in magnis autem mercibus, vt cum plures petiæ, pannorum ſimul venduntur, prętium non eſt ita vniforme, ſed à diuerſis diuerſo prætio venduntur.

4 Ad tertiam, quę à pluribus valde reputatur. Dicitur primo, negando prętium illud eſſe ſolũ, quod de re inuenitur ad numeratum præciſe, vniuerſaliter loquendo, nam in maioribus mercibus, quæ ſub magna quantitate venduntur, vt plurimum iuſtum prætium non eſt ad numeratum, alioqui vendentes perderent, quod & ipſi mercatores affirmant. Nec valet dicere ſi non lucrentur ipſi viderint, huiuſmodi nanque periculum ſubire tenentur mercatores. Nam licet hoc vere dicatur in quibuſdam caſibus particularibus, vno, duobus, aut tribus, ſed cum hoc in vniuerſum omnibus mercatoribus euenire contingat, ſi ad numeratum venderent, ſignum certe euidens eſſe poteſt, illud non eſſe iuſtum prætium, ſed minus iuſto. Quique tali prætio rem ſuam vendit neceſſitate compulſos, vt plurimum facit, ex quo vniuerſalis regula ſumanda non eſt, iuſti prætij. Dicitur ſecundo quòd eadem res aliquando eodem tempore, eodemque prætio ad numeratum

ven-

venditur, prout ſupra explicatum fuit. Dicitur tertio, quòd prętium ad numeratum latitudinem habet, illudque eſt, quod iuſte, ac realiter numerari deberet, ſi à venditore non fuiſſet facta dila-
5 tio temporis; ita quòd per ſe loquendo; & ex natura ſua iuſtum prætium debet ſemper eſſe ad numeratum. Quod autem quandoque, immo vt plurimum non ſit ad numeratũ eſt per accidens, ideſt propter aliud, nẽpe ob multitudinem mercatorum, qui ſi credito, & pro tempore non venderent, merces ſuas diſtrahere non poſſent, & per conſequens, neque negociari amplius. Prouenit etiam hoc, quia emptorum copia non reperitur, niſi eorum, qui huiuſmodi temporis commoditatẽ volunt, quo caſu, vt affirmat Salic. in præall. Aut. & Dec. pręall. conſ. 111. num. 8. aliquid plus vendi poteſt, quam ad numeratum, dummodo non nimis fiat exceſſus. D. etiam Anton. 2. p. Tit. 1. cap. 8. §. 3. tenet, & docet, quòd quando conſuetudo de dilatione ſolutionis introducta eſt pro communi bono, & nõ in fraudem vſurarum, ſed pro expeditione mercantiarum, ſi ſecundum quãtitatem iuſti prætij fit venditio, licet pro termino maiori prætio vendi videatur, non eſt vſura. hęc ille, & confirmat ex præall. doctrina D. Thom. in prædicto opuſculo, &c. Vlterius dicit ex eodem Rodulpho in §. 5. quòd ſi ex impoſtura retagliatorum, vel aliorum mercãtium, qui ſimul ſe componere dicunt, quòd nemo niſi pro tanto pannos emat niſi terminum cõcedat, immo audiui, quòd ſunt quidam lanifices in pecunia plurimum abũdantes,

dantes, qui plus curæ in pecunia quam in animã ponentes ſunt horum cauſa. Nam pecunia non egentes vendunt ad terminum pro maiori quantitate quam ſi venderent ad contantos, propter hoc alij qui vellent vendere ad contantos non reperiunt, qui ab eis velit emere niſi ad terminum, vel ſi emunt ad contantos nolunt emere pro quãtitate debita, propter quod oportet tales vendere ad terminum ſicut illi potentes. Quamobrem dico rebus ſic ſe habentibus, quòd lanifex ſi pro tanto vendit pannos ad terminum, pro quanto venderent ad cõtantos ſi prædicta ceſſarent quod non edificat ad gehennam, quia quantum res valet pro tanto venditur & cum dicebatur, quod tãtum res valet, quantum vẽdi poteſt, fateor ſi pro tantum vendi permittitur quantum valet, & ſic defendi poſſunt lanifices prælibati, alias autem defendi nequeunt, hæc ibi habentur, ex quibus haberi videtur, quòd ſi nõ in fraudem vſurarum, ſed pro communi bono & pro expediendis mercibus venditur ad terminum, quia res non permittitur vendi quantum ad numeratum valeret ob copiam venditorum vel propter aliud accidẽs impediens, ac res vendant quantum licite vendi deberet, defendi poteſt modus vendendi ad terminum.
6 Dicitur quarto, quòd Doctores ſancti, & grauiſsimi tradiderũt regulas vniuerſales, quarum applicatio ad varios negociationis modos, qui introducti fuerunt ob communem Reip. vtilitatem, humanæ prudentiæ eſt, Vnde non eſt exiſtimandum huiuſmodi vſum eorum doctrinę

pu-

pugnare. Cum compertum ſit, nullam in rebus
7 moralibus actibuſque humanis extare regulam, quæ aliquam exceptionem non patiatur, ſicut Sotus lib. 6. de Iuſt. & Iure q. 4. ar. 1. ad 4. ab hac regula excipit, quotieſcunque neceſsitas in cauſa eſt, quòd merces in magna quantitate ad numeratum vendi non poſſunt. Neque propterea vſuris via aperitur, quoniam prætium non tranſit iu
8 ſtitiæ terminos, vti declaratum fuit. Quapropter Nauarr. in Man. c. 23. num. 82. non videtur rectè arguere Sotum tanquam docentem contra vniuerſales regulas ab eccleſia receptas in c. In ciuitate de Vſur. quòd mutuatio cum pacto vel ſpe habendi aliquid vltra ſortẽ, & venditio pluris iuſto ob dilatam ſolutionẽ, & minoris ob anticipatam equiualent. Non enim Sotus contra hoc principiũ docet neque etiam nos docemus, quia ſupponimus illud eſſe iuſtum pretium etiam quòd non
9 ſit ad numeratum, ſed ad tempus. Quòd autem ipſe Nauar. conetur ſaluare modum hunc ratione lucri ceſſantis, id quod Sotus optime improbat contra Ioannem de Medina lib. de Reſt. q. 39. dico, quòd referre ad lucrum ceſſans non iuſtificat vniuerſaliter venditionem ad tempus, quia vt ex ſuperius dictis in c. 4. & Sotus probat illis qui ad tempus vendunt non propterea lucrum ceſſat quod ad tempus vendunt, quia volentes omnino vendunt nec aliter vendere volũt, licet in aliquo caſu haberi poſsit ratio lucri ceſſantis, quando vẽditor mallet ad numeratũ vendere quam ad tempus minori pretio & vt morem gerat emptori no

lenti,

lenti,aut non valenti ſoluere ſtatim expectat prętium,quo caſu poteſt eſſe locus lucro ceſſanti,ſeu damno emergenti quemadmodum, & ſuperius diximus in c. 9. Poſſet quoque forte dici, quòd cum apud probatiſsimos autores reperitur, iuſtum rei prætium ad valorem numeratæ pecuniæ fore exiſtimandum, ipſi loquuntur de illis mercibus,quæ ab artificibus illarum prætium determinatum habent, quemadmodũ ſunt minores merces in quibus prætia conſtituuntur,vt plurimum, & quòd hoc dictum, ſi quando reperiatur apud illuſtres autores non tanta ſeueritate accipiẽdum ſit,ſicut à quibuſdam intelligitur,ex verbis D.Th.
10 ſuperius allatis in opuſculo pręall. conuincitur, Vbi affirmans nõ eſſe vſuram,ſi quis vendat pannos non plus quam valent ſecundum cõmune forũ, plus tamen quam acciperet, ſi eis ſtatim ſolueretur, manifeſtę ſequitur prętium iuſtum non eſſe illud ſolum,quod ad numeratum de re inuenitur, alioqui nihil dixiſſet D. Thom. omnes enim vendentes ad numeratum vendunt quantum accipere poſſunt, ſi ergo aliquis non vult vendere quantum poteſt accipere ad numeratum,clariſsime cõſequitur, iuſte vendi pro tempore,vt declaratum fuit. Idem quoque colligitur ex verbis Ca
11 ietani ſuperius adductis, Ad tex.in c. Conſuluit dicitur,quòd loquitur in caſu,quando ratione tẽporis prætium vltra iuſtum augetur, & exit iuſtitiæ terminos,& quòd hoc ſit ad mentem tex. ponderentur verba illa. Qui merces ſuas longe maiori prætio diſtrahit, dicens enim longe maiori

prętio

prętio intelligit prætium valde exceſsiuum,quod ſane iuſtitiæ limites tráſcendit. Vnde non obſtat his quę dicta ſunt. Ad quartam rationem reſpon detur, quòd ſi candida, ſinceraque intẽtio in ipſis mercatoribus firmetur,nullum ſubeſt, neque ſcãdalum,neque via vſuris aperitur. Sciunt quippe optime mercatores, quando pro tempore extra terminos iuſti prętij vendunt, neque alio magiſtro docente opus habent, niſi propria conſcien-
12 tia,quæ illis,tum iuſtitiæ,tum iniuſtitiæ irrefragabile teſtimonium eſſe poteſt. Quare videant,quo modo caute ambulent,& per iuſtitię ſemitas ince dant. Sciunt enim & cognoſcunt, ſi illi qui ab ipſis emunt propter contractationem emunt, aut aliqua honeſta cauſa,an vero vt ſtatim reuendant multo minori prętio,quod ſcrocchum appellant, de quibus infra dicetur. Si quis autem vrgeat vitandum eſſe in huiuſmodi ſcandalum etiam paſſiuum,neque vſuris occaſionem offerendam eſſe.
13 Reſpondebo, id quod habet Sotus, & prudenter quidem,vbi ait. Res vſuraria eſt adeo odioſa,ac perniciosa, vt nemo debeat eius occaſiones offerre,niſi vbi patentiſsima ratio id euinceret,hoc au tem eſt in præſenti rerum curſu, vti declaratum fuit,alioqui finis imponendus eſſet à maiori parte mercatorum negociis, non abſque publici boni, & vniuerſalis commoditatis detrimento, & iactura.

De iniuſto

De iniuſto quodam modo vendendi ad tempus. Cap. XII.

1 Prætium in venditione ad tempus non poteſt augeri proportionaliter iuxta tẽporis auctionem.

VERVM hic admonere volo, deteſtandum, maximeque abhominandum eſſe morem illum,dum quidam rei prętium augere volunt,iu-
1 xta temporis auctionem proportionaliter, vt ſi per exemplum expectata ſolutione hinc ad dimidium annum aliquid plus vendant,quam ad numeratum, ſi annum integrum, aut longius tempus expectant,plus accipere velint. Hoc etenim manifeſtam continet iniquitatem,eo quòd ratione temporis præciſe fit huiuſce prętij auctio. Ni forte haberetur ratio intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis propter moram debitoris in ſoluendo ad præfixum tempus. Attamen à principio contractus ita paciſci, vt prętium ſemper augeatur iuxta quantitatẽ tẽporis lõgioris ad quod fit venditio in vſuratum fraudem eſſe videtur, & ſcandalum iniicere. Non enim ob longius tempus licitum eſt, augere prętium, & ante paciſci. Sed prætio in foro currenti vendendũ eſt,ſiue ad vnũ annũ, ſiue ad duos venditio fiat. Caueant ergo mercatores ne laqueum ſibi parent, putãtes id licitum eſſe. Videant igitur vt ſeruent manus innoxias, ne ob inſatiabilem lucri cupiditatem, iniuſtitiæ, atque impietati locum concedant.

An

An liceat emptori anticipata ſolutione rei prætium diminuere. Cap. XIII.

1 *In venditione ad tempus licitum eſt anticipando ſolutionem minus dare.*
2 *Prętium minuere ob ſolam anticipatam ſolutionem non licet.*
3 *Emptio credituum pro minori prętio apud ingenuos, turpe lucrum reputatur, licet de rigore damnari non poſſit.*
4 *In emptione iuris habendi creditum nõ fit vſura.*
5 *Hoc magis iuſtificatur ratione damni emergẽtis.*
6 *Emere minus pro expectata ſolutione vſurę ſpeciem habet.*
7 *Barocholi, & ſcrocchi damnantur.*

RELIQVVM eſt modo conſiderare, an emptori ad tempus modo ſuperius expoſito, paciſci liceat cum debitore, vt ſi nunc pecunia numerata ſoluat, minori prætio ſoluat, nempe detrahendo octo, aut nouem pro quolibet centenario, quæ eſt praxis & conſuetudo in ciuitate Florentina, & vulgo dicunt lo ſconto. Et quanquam huius cõtractationis veritas, ex illo principio pendet, an ex anticipata ſolutione licitum ſit rei prętium imminuere. quicquid tamen ſit modo de hoc (nam aliqua inferius mox ſubiiciemus) ego in hanc ſententiam libenter ſemper iui, vt hoc mi
1 nime ſit illicitum. Cuius ratio (quæ me mouet) eſt. quoniam rei prętium in venditione ad tem-

pus,ſemper rigoroſum,ac ſummum prȩſumitur, & forte tranſcendens. Vnde ex tali anticipata ſolutione cum prætij attenuatione,quȩ fit in huiuſmodi contractatione, prætium ipſum ad mediocritatem reducitur, ac propterea tum emptoris, tum venditoris res vtiliter agitur,cum intra iuſtitiæ latitudinem prætium ſe contineat. Hic certe iuſtificandi modus prædictum vſum melior mihi videtur, quam ex altero principio (de quo tetigimus) nempe ratione anticipatæ ſolutionis prȩtium minuendo. Quod ſanè ſic ſimpliciter prolatum pias offendit aures,& vſuram ſapit. prout D.Thom. exacte demonſtrat in prȩallegato opu-
a ſculo 67. ad lectorem Florentinum, & habetur etiam in c.In ciuitate de Vſur.vbi aperte cõſtituitur, ob ſolam anticipatam ſolutionem non licere minoris ſoluere. Attamen vſus iam inoleuit,prȩſertim apud Florentin. vbi plurimi reperiuntur, qui aliorum credita pro tempore minoris emũt, nempe dantes nonaginta, aut nonagintaduo pro cẽtenario,& vulgariter appellãt *tagliare le dette*. Quod ſi tertius ſic facere poteſt,poterit vtique & idem debitor qui ad tempus emit, vt deducit Na
b uar.Man.cap.17.num.230.& infra. Et licet apud probos, atque ingenuos talis emptio credituum, turpe quoddam lucrum exiſtimetur à quo ſane abſtinendum eſſet, de rigore tamen damnari non poteſt. Nam à Caietano in ſua ſummula, Verbo Vſura circa finem defenditur, vt ſit emptio iuris
c exigendi tot. V.g. mille. hinc ad annum, dando minus,quod plane ius exigendi ad annum minus

valet,

valet, quam ſi modo eſſet actu præſens, quod ſi iuſto prætio ematur non eſt vſura, quia non eſt mutuum. Quam doctrinam ſubſtinet, & confirmat. Nauar. vbi ſupra autoritate Innocentij. in præall. c. In ciuitate, & probat iiſdem rationibus
5 quibus & Caietanus. At D. Ant. 2. p. Tit. 1. cap. 8. §. 12. limitat hoc, vt procedat, ratione intereſſe damni emergentis, vt ſi debitum non eſſet liquidum. vnde timetur periculũm, labor, & impenſæ in exigendis illis mille, aut quia pecunia illa, qua rogatu venditoris emit iam præparatam, atque expoſitam habebat, aut negociationi, aut emptioni rei frugituræ. in quibus caſibus longe iuſtificatior videtur huiuſmodi contractus. In §. autem ſequenti, in quo loquitur de illo eodem qui emit, an poſsit anticipando ſolutionem minus dare, de quo idem facit iudiciũ Nauarr. vt dictum eſt vbi ſupra, licet Caietanus in præall. de tertio tantum loquitur videatur, magis reſtringere videtur concludens, quòd ſi debitor ex tali anticipatione ſolutionis, nec damnum incurrit, nec negociari cum illis eſt paratus, nec ſuper hæc cogitat, ſed ſolum quia præuenit tempus vult ſibi retinere aut remitti, tunc eſt vſura, & sũt verba illius ſanctiſsimi Archipręſulis, & quidem in illo eodem debitore, qui minus ante tempus dando, debitum extinguere cupit, maior ſane vſuræ ſuſpitio haberi poteſt, quam ſi tertius hoc agat. Veruntamen facile conciliari poſſunt, vt D. Ant. & Thom. & alij. ſic ſenſerint, vt ratione temporis anticipati præciſ. & ſolum minime liceat aliquid minus iuſto prætio,

aut debito ſoluere, tunc enim vſura eſt manifeſta, quia tempus venditur, & mutuum ibi contingit cum lucro intento. Quapropter & ipſe Caietanus in præall. quando loquitur de Vſura conſurgente ex mutuo implicito in tertio caſu, expreſſe habet, quòd ſi quis debitor alicuius ad annum, minus ſoluit nunc, quia anticipat ſolutionem, vt ſi debet centum, det nunc octoginta pro tota ſumma, ſine dubio vſura eſt, quia ex tempore ſolutionis anticipato lucrum reportat, hæc ille. At idem Caietanus, Nauarr. & alij vbi ſupra non habent reſpectum ad tẽporis anticipationem, ſed ad emptionem iurium, quæ ſane minus valent modo, quãdo ſunt inutilia, quam ſi actu eſſent vtilia, & propter alias ſupradictas rationes. Quę ſane doctrina cum ſit clariſsimorum doctorum iure reprobari non poteſt. Dicam ego tamen, quod ſemper cenſui perdifficile contingere poſſe, vt in praxim deduci poſsit abſque vehementi ſuſpitione vſurarum, & in illarum fraudem, niſi iuſtis cohoneſtetur conditionibus & modis, prout facit D. Ant. vbi ſupra. Potiſsimum vero ſuſpecta redditur huiuſmodi redemptio, quando debitum eſt adeo liquidum, & clarum, vt nemo moraliter dubitare poſsit; quia facillime, & abſque vllo labore impenſiſque exigi valeat. Vnde D. Thom. & alij antiquiores Theologi, modum illum, vt ſit emptio iuris, non videntur agnoſcere, ſed ſimpliciter, atque vniuerſaliter omnes cum c. In ciuitate, pronuntiant, atque affirmant nemini licere ob anticipatam ſolutionem pretium diminuere.

Qua-

Quapropter conſulerem omnes, vt ab hoc lucrãdi modo abſtinerent, tanquam vſuræ ſpeciem habente, & forte ſcandalum quoque aliis præbente.
6 Sed damnare ſic facientes non præſumo, neque audeo. Ex dictis patere poteſt iuſtitia illorum cõtractuum, qui dicuntur barocholi, de quibus D. Ant. refert vbi ſupra §. 5. Lauren. Rodulphum ſupra c. Conſuluit de Vſur. cum. s. aliquis pecuniã egens recipit à debitore hinc ad annum minus prætiũ, vt in termino anni ſoluat integrum prętiũ creditori, eſt. n. par ratio dubij, eo quod ille debitor anticipatã ſolutionẽ dando minus dat quã debeat & ſic extinguit ſuum debitum. Eadem quippe ratione, qua Caietanus, Nauar. atque alij ſaluant iuſtitiam illorum, qui anticipata ſolutione minus dant, quia non ratione temporis, ſed propter ius quod emunt, minus emunt, poteſt quoq; in his barocholis dici, nempe quod debitor ille emat minoris prætij ius exigendi à ſuo credi-
7 tore. In idem enim redit. Attamen ab omnibus fere vituperari ſolent huiuſmodi barocholi.

De ſcrochis autem, loqui non libet, ſunt enim impuriſsimi contractus omnique malignitate, ac duplicitate pleni, prout habet Archiepiſcopus in præall. §. 3. Vide illum.

De Venditione cum pacto retrouendendi, ſeu redimendi. Cap. XIIII.

1 *Venditio cum pacto retroemendi illicita.*
2 *Niſi fructus in ſortem computentur.*

3 *Pactum de retrouendendo cum prętij modicitate ſufficiunt ad reddendum cōtractum vſurarium.*
4 *Pactum de retrouendendo licitum.*
5 *Pactum de retrouendendo diminuit pratium.*
6 *Pactum de retrouendendo non diminuit prętium vltra tertiam partem.*

ANTEQVAM vela complicemus,& huic tractationi ſupremam, quod aiunt manum imponamus,cum de venditione ad tempus diſputatum fuerit,non erit inutile aliqua breuiter de venditione cum pacto,quod reſolutiuum appellant, nempe redimēdi differere. Duobus namque modis contingere poteſt talis cōtractus, Vno modo, quando tale pactum in emptoris voluntatem cōfertur, vt ſi conuentum fuerit quod ſi infra certum tempus, vel quandocunque emptori placuerit,reſtituta ipſa re, venditor prætium reddere teneatur, quo caſu loquitur tex. in c. Illo vos, de pig. & ſic dicendum eſſet cum pacto retroemen-
1 di, quod ſane abſolute cōſideratum illicitum eſt, atque vſurarium, prout patet ex Extrauag. Martini V.& Calixti III. pro quo lege Sotum lib. 6. de Iuſt.& Iur.q. 5. ar.3. Quibus nouiſsime acceſſit conſtitutio Pij V. in materia cenſuum, de qua abunde diximus in Tractatu de Cenſibus. Probatur quoque iniuſtitia talis cōtractus hac ratione. Quoniam tunc vltra ſortem aliquid recipitur nēpe fructus ſaluo capitali,quod iniquum eſt. Dixi
2 abſolute. Nam tolerari poſſet, ſi fructus percepti in ſortem computarentur, prout ſentit Pan.in

præall.

præall.c.Illo vos. Nec obſtat quod ibi diſponatur contractum illum vſurarium eſſe,etiam facta conuentione de computandis fructibus in ſortem, quaſi inferatur, quod fructus ex natura contractus ad emptorem ſpectent. Nam non ob hac rationem contractus ille vſurarius reputatur, ſed quia emptor maiori prætio vltra ſummam qua emit vult reuendere,vt ibi expreſſe patet. Vnde glo. ibi vult, huiuſmodi contractum recedere à natura venditionis, & potius eſſe pignoratitium, quia in pignore computantur fructus in ſorte, non autem in venditione, & propterea pręſumitur vſura. Altero modo contingit, vt in venditoris facultate ſit infra certum tempus,ſeu quandocunque voluerit prætium emptori reſtituere. reſtituta ſibi re ab ipſo emptore,& in tali caſu frequenti eſt in vſu,& apud complures ſuſpectus habetur. Quoniam, vt videtur communis animi conceptio, apud iuris peritos, pactum de retrouendendo,cum prætij modicitate,reddit contra-
3 ctum ſuſpectum vſurarium. Quidam addunt, conſuetudinem emptoris in fenerando,vt ſcilicet ſolitus ſit fenus exercere. Sed ſatis eſt modicitas prætij ad faciendam hanc ſuſpitionem, vt habetur in glo.in c.Conqueſtus,de Vſur. licet conſuetudo fenerandi inducat præſumptionem in foro exteriori, vt habet Nauar. Man. c. 17. num. 247. In ſinodalibus autem Conſtitut. Metropolitanę Florentinæ ſub Leone X. determinatur, tunc vitioſum eſſe contractum, quando modicitas prætij excedit quartam iuſti prętij in ſolito tenerari,

ſed in non ſolito, decernitur quod modicitas prę-
4 tij debet eſſe vltra tertiam partem. At his non obſtantibus contractus iſte cum tali pacto ab omnibus approbatur & Theologis & Canoniſtis prout allegantur à Nauar. præcitato loco. Eſt autem quæſtio nõ parua an in tali caſu liceat minus vendere, eo quòd emptor ſuſcipit in ſe onus reſtituẽdi rem, accepto prætio quod dedit. Nam Caietanus 22.q.77.ar.1.in fi. & in Summula. in Verbo Vſura, & in Verbo Emptio, & Venditio, tenet ſemper quod non liceat, ſed eodem prætio redimenda eſt, perinde ac ſi abſolute venderetur, & affert duas rationes ad hoc. Prima eſt, quia obligatio illa ementis ad reuendendum, reſpondet incommodo, quod ſentit venditor ex vẽditióne, ex quo incommodo res pluris ſibi valet, licet abſolute non tantum valeat, prout docet ibi D. Thom. Altera ſua ratio eſt, quia ſi res minus venderetur, hoc eſſet in fraudem vſurarum, & magis mutuũ
5 quam venditio putaretur. Attamen in oppoſitum eſt communis Canoniſtarũ opinio, & Theologorum prout habet Nauar. præall. loco afferens multos tex. ex vtroque iure, & ſequitur Sotus lib. 5. de Iuſt. & Iure q. 5. ar. 3. & ratio ſatis probabilis affertur, quia cum obligatio illa quam ſubit emptor ad reſtituendum venditori ſit prætio extimabilis, oportet vt releuetur aliqua prætij attenuatione abſque vlla iniuſtitia. Vnde communiter Doctores volunt, & ſic habetur in praxi, quòd ſi facultas venditoris ſit libera, & perpetua ad redimendum plus de prætio diminui debet.

Si au-

Si autem ſit temporalis, & limitata minus dimi-
nui debet, vt quarta pars, aut tertia ad minus de-
trahatur, vt ſi per exemplum fundus valet trigin-
ta iuſto integro prætio, ſi emptor det liberam, ac
perpetuam redimendi facultatem, poteſt emere
viginti duobus cum dimidio, & ſic dempta quar-
ta parte erit iuſtum pretium, aut viginti, & ſic erit
tertia pars, ſed non poteſt diminui plus quam ſit
tertia pars alioqui in mutuum cum vſura incide-
6 retur, cum à prætij iuſtitia recederetur. Nec ob-
ſtat prima Caietani ratio. Tum quia ſupponit,
quód quicunque vẽdit cum tali pacto ſemper cũ
incommodo vendat, quod nõ ſemper verum eſt,
nam poteſt abſque incommodo, & detrimento
vendere. Tum quia dato quod cum aliquo in-
commodo vendat, poteſt augere pretium, & plus
vendere, quam abſolute valet, & cum hoc poteſt
fieri diminutio pro tertia parte ratione talis obli-
gationis, quam ſubit emptor ad reuendendum
ipſi venditori. Non obſtat etiam ſecunda ratio.
Nam tunc præſumeretur in vſurarum fraudem,
quãdo eſſet adeo notabiliter modicum prætium,
vt potius mutuum diceretur, prout habetur in c.
Ad noſtram, de Empt. Si autem diminutio non
excedit tertiam partem nõ præſumitur mutuum,
ſed vera emptio, & venditio. Aliquas etiam con
ditiones ponit Nauar. vbi ſupra pro iuſtitia huius
contractus, vt emptor intendat vere emere & nõ
mutuare. Præterea ne maiori prætio redimatur,
quam fuerit emptum, neque id in pactum pona-
tur, & alias quæ apud ipſum videri poſſunt.

Operis

Operis peroratio. Cap. XV.

1 *Prȩtij varietas in pauco contingere debet.*
2 *Mercatorum excuſatio an ſit legittima, maiori prȩtio vendentium ad tempus.*

Hactenvs dicta ſint de tam ardua, ac ſpinoſa difficultate. Quæ ſanè eo perículoſior exiſtimanda eſt, quò quamplurimi de facili aberrare & prolabi poſſunt. Nam ardenti ſiti, atque immenſa lucri cupiditate illecti iuſtitiæ terminos in vendendo ad tempus longe tranſcendunt, hoc ſe protegentes clipeo, quod in vendendo non exeunt latitudinem trium illorum prætiorum, & tamen longe pluris vẽdunt quam ad numeratum à nemine vẽderetur, at varietas trium prȩtiorum
1 in pauco contingit, vt ſi dicatur nouem, decem, vndecim, quod eſt ſupremum. Alij vero cum ad numeratum vendere poſsint honeſto & moderato lucro, malũt ſolutionis dilationem expectare, vt magis lucrentur, id quod auariſsimi animi inditium eſt patentiſsimum. An autem quod in
2 ſui excuſationem afferunt rationi conſonum ſit, dum dicunt, ſi illo modo non venderent, oportere illos negociationi finem imponere, neque poſſe amplius illi operam dare, ob ingentes impenſas, quas in mercibus conficiendis faciunt, ipſi viderint, an hæc ſit legittima cauſa, ſiue potius, quia non tanto ſplendore, luxuque viuerent, & forte verius dicerent. An autem hæc ſit augendi prætij iuſta cauſa, iudicet qui poteſt. Qui vero ſca-

lam

lam illam ſaliunt, vt iuxta tempus longius expectatum, auctiori etiam prætio vendant, vtinam huiuſmodi aſcenſus non ſit in æternam damnationem deſcenſus. Sunt plane hominum adinuentiones, & malignorum ſpirituum ſuggeſtiones ad animas illaqueandas. Porro vere dixit ſapiens, ſtultorum infinitus eſt numerus cum innumeri hodie per abruptas indirectas, ac ſenticoſas vias incedant iuſtitiæ tramite relicto. Quodque deteſtabilius eſt. ſibi blandiri putant, dum ſub apparentis iuſtitiæ inuolucro, impietatem ſuam obtegere volunt. Quæ autem à Theologis doctoribus ſcribuntur, & à me inter illos minimo, præſenti tractatu dicuntur, non ad iniquitatis defenſionem, neque ad auaritiam protegendam, aut excuſandas excuſationes in peccatis dicta eſſe quis vllo modo exiſtimet, ſed ad iuſtitiæ vias demonſtrandas, ad ignorantium eruditionem, ad ſcandala tollenda; atque ad piorum hominum conſolationem charitate vrgente exarantur. In quibus ſane conſcribendis ſi à veritatis tramite declinaui omnium peritiorum cenſurę libenter me ſubmitto. Ad hæc autem quę olim vulgari ſermone in lucem à me edita fuerunt, ſi quid in illis minus prudenter conſideratum fuit, referri volo. Laus Deo luminumque Patri.

DE

DE DIMINVTIONE PRAETII, QVAE IN CREDITIS ad tempus emendis propter anticipatam ſolutionem fieri ſolet.

Tractatus.

Authore R. P. ſacrę Theologię profeſſore F. THOMA Boninſignio Senenſi, Ordinis Prędicatorum Theologo Florentino.

Cap. I.

1 *Attenuatio prętij inter ementes, & vendentes ad tempus iuſtificari poteſt.*

2 *Difficile eſt iuſtificare diminutionem prętij ob anticipatam ſolutionem.*

DVBIVM me ſemper, atque ancipitem tenuit mos ille, & conſuetudo, quæ inter mercatores iam inoleuit, propterea quòd ſoluentes nunc cõſtitutum prętium merciũ pro tempore emptarum, prætium illud imminuunt retinentes ſibi octo pro quolibet centenario. Hinc alius contrahendi modus profectus eſt, cuius plane iuſtitia iudicio meo magis latet. Quoniam cum plurimi ſint emptores quibus illiuſmodi ſolutionem in præſenti faciendi facultas non ſuppetit, aut ſi eam

eam facere poſſunt, præſtitutũ nihilominus ſolutionis tempus expectare libet, cumque venditores ex altera parte pecunia egentes ſumma neceſſitate cogantur, creditum hoc ſuum alicui tertio vendunt pro illo eodem minori prætio, quod idẽ ipſe emptor ſolueret ſi nunc prętium dare vellet, nempe octo minus pro centenario detrahentes. Quapropter complures exiſtunt, qui huic negocio huiuſmodi credita emendi operam impendunt, octo minus tribuunt, vt hinc ad annum centum accipiant. Atque vt negocium iſtud honeſtiore quodam titulo obtegant, commoditatem facere nuncupant, eo quòd illa credita ementes magno ſit vendentibus auxilio, qui quidem pecuniam in præſenti recipientes, iterum, atque iterum contrahere, eaſdemque merces reficere valent. Quare neque ad cambium, neque ſub alio intereſſe pecuniam ab alio accipere compellũtur. Appellant vulgares hunc contractandi modum, *Tagliare la detta*. At quoniam prior ille modus attenuandi prætij inter eoſdem contrahentes excuſari aliquatenus, & ad iuſtitiæ regulas referri poteſt, quemadmodum in tractatulo quodam à
1 me pluribus ab hinc annis edito de venditione ad tempus expoſitum fuit, nollem profectò aliquem exiſtimare me propterea, & huius generis contractationis iuſtitiam ratam habere, atque exploratam, quanuis eadem vtrique ratio iuſtitiæ ſubeſſe videatur. Quandoquidem ſi emptor pecuniam in promptu exhibens prætium imminuere valet, hoc idem profecto, & tertius quilibet effi-

efficere poterit, qui eius loco nonagintaduo tribuat, vt centum poſtmodum accipiat. Verum nunquam ego ſic firmiter cenſui, neque in illam pœnitus iui ſententiam licet aliquando in eam propenſum me ſenſerim, authoritate ductus doctiſsimorum hominum, potiſsimum D. Caietani, qui ſane ſatis ſubtiliter in fine ſuæ ſummulæ rem hanc tuetur, & doctor Nauarrus in ſuo Manuali cap. 17. num. 230. adſtipulari videtur. Et quanquam in præfato meo tractatulo contractũ hunc turpẽ feci, & ſcandaloſum, iniuſtum tamen minime diiudicaui. Non enim plene de illo cogita-
2 ueram; ambiguus adhuc eram. Hinc nanque rationes, meo quidem iudicio efficaces, (quas inferius adducam) illius iniuſtitiam pertendebant. Iſthinc autem tam eximij doctoris authoritas Caietani (& cuius placitis inuitus recedo) vſus prę terea cõmunis fori in partem aliam quoquo modo me trahebant. Sed cum diu multumque animo voluiſſem, & ſuper hoc meditatus fuiſſem, peculiari lumine illuſtratus, quid de hac re ſentio ſcribere libuit, tum propter veritatis exaltationẽ, tum vt bonis mentibus, quæ in Dei timore vitam tranſigere cupiunt, & in rebus agendis recto calle incedere ſtudent morem geram. Vt autem clarius ab omnibus intelligar tria à me principalia quambreuius potero efficientur. Primo nanque contrarias opiniones cum ſuis rationibus afferam. Secundo loco ſententiam, quam veram puto apponam. Poſtremo rationes, quæ veritati aduerſari videntur ſoluere curabo.

Quid

Quid alij ſenſerint circa propoſitum contrahendi modum. Cap. II.

1 *Caietanus iuſtificat emptionem crediti ad tempus pro minori prætio.*
2 *Vſura in mutuo tantum locum habet.*
3 *In emptione crediti habendi emitur ius, & actio exigendi.*
4 *Pecunia preſens plus valet quam in poſterum habenda ſecundum Caietanum.*

EXISTIMANT itaque quidam emptionem hanc rei ad tempus minori tradito prętio, vti expoſitum eſt, iuſtitiæ legibus minime aduerſari,
1 quemadmodum de Caietano dixi, qui ſanè duabus rationibus eam defendere conatur. Priori enim ab vſuræ vitio illam vindicat, altera ab om-
2 ni iniuſtitię labe expurgat. Quòd autem vſuram non continent, ſic oſtendit. Quoniam vbi mutuum non eſt, vſuræ certe vitium ſubeſſe nequit, ſiquidem in mutuo locum ſolum habet vſura. At in huiuſmodi contractu mutuum minime intercedit, igitur neque vſura reperitur. Quod autem à mutuo longe abſit hic contrahendi modus facile declaratur. Quoniã qui mutuo dat, ita dat, vt illud repetere valeat, & quandoque habeat. At qui prætium imminuit dans nonagintaduo, non poteſt amplius ab eo, cui ille dedit repetere, quoniam is iam illi ſuum creditum ceſsit & dedit. Præterea qui mutuat contra mutuatarium ſemper actionem habet, quod ſane in caſu non

con-

contingit. Si quidem qui prætium illud diminuit, nunquam eum cui nonagintaduo dedit in iudicium vocare poteſt. Adhuc, ſi res mutuata perit, periculo mutuatarij perit, cuius intereſt mutuantem indemnem omnino ſeruare, at in huiuſmodi contractatione, ſi nonaginta illa duo penes illum, qui ea accepit pereunt ad nihilum certe tenebitur. Ex legibus itaque mutui, quæ in tali negocio minus apparẽt perſpicuum eſſe poteſt mutui rationem illi non ineſſe, ac proinde neque vſuræ fraudem. Erit igitur emptio, atque venditio, cum omnia, quæ ad emptionem & venditionem pertinent clare in eo conſpiciantur. Extat quidem ibi merx, prætium, & communis vtriuſque contrahentis conſenſus. Atque imprimis merx non eſt illa centum, ſed vt dicit Caietanus ius, ſeu 1
3 actio ad illa centum exigenda, Pro prętio autem aſsignantur nonaginta duo. Patet quoque mutuus amborum conſenſus. Conſequitur ergo, vt 2
vera ſi emptio, atque venditio. At quoniam in huiuſmodi emptione, venditioneque iniuſtitiæ ſpecies agnoſcitur, cum deſit equalitas prętij ad rem, eò quò nonaginta, & duo dantur, vt centum poſtea recipiantur, conatur quoque Caietanus expurgare ab omni iniuſtitiæ ſuſpitione illam reddere, & equalitatem in ea ſtatuere. Affirmat etenim, rem quæ tractu temporis habenda eſt, minus valere, ſi modo pecunia numerata ematur. Idcirco non minus penduntur nonagintaduo, quæ nunc ad numeratum exhibentur, quam centum hinc ad annum accipienda. Quoniam plus valet pecunia prę-

prę ſens,

preſens, quàm in poſterum habenda. Quare no-
4 naginta duo tanti facienda ſunt, quanti centum
quæ tranſacto anno ſoluenda ſunt. Sic ſenſit vir
ille egregius.

Improbatio præ expoſitæ opinionis. Cap. III.

1 *Ius & actio ad rem tanti valet quanti res ipſa.*
2 *Nihil refert quo ad diminutionem prętij actionem iam fundatam eſſe, aut de nouo fundari.*
3 *Quicquid emi poteſt redimi & extingui poteſt.*
4 *Si creditor poteſt pro minori prætio accepto cedere alteri, poterit etiam ipſi debitori cedere.*
5 *Creditor ante tempus exigens regulariter non peccat.*
6 *In duobus caſibus licet merces plus vendere expectata ſolutione ad tempus.*
7 *Iuſtitia commutatiua inter datum, & acceptum equalitatem ſtatuit.*

CVI plane ſententiæ ab aliis opponitur, qui certe rationibus efficacibus modum illum contrahendi damnant, atque etiam tum iniuſtitiæ, tum vſuræ arguunt. Et quidem iniuſtitia ſatis in eo perſpicitur, propter magnam inequalitatem inter datum, & acceptum, dantur quippe 1
nonagintaduo, vt centum accipiantur. Quòd ſi Caietanus dicat non emi centum pro nonaginta duobus, ſed ius, ſeu actionem ad illa cẽtum ſtato

tempore exigenda, contra inſtant. Quoniam ius quod ſecundum ipſum emitur tanti valet, quanti valeat centum: Nam vt docent primi legum luminaria Bartolus in l. Perdiuerſas C. Mandati,
1 & Baldus in l. 2. C. Ne lite pend. Tantum valet actio ad rem, quantum res ipſa, deductis expenſis, atque laboribus quæ in exigendo fieri contingeret. Vnde actio de ſui natura non habet diſtinctum prætium à re ipſa. Quapropter qui actionem ad centum habenda ſuo tempore emit centum emere debet, & non nonagintaduo. Prętereà ſi actio re ipſa minus valeret, qui gratis mutuare nollet, cum mutuatario hac lege conuenire poſſet, atq; ita paciſci. Ecce do tibi modò nonaginta duo, ſed conſtituas mihi ius, & actionem, vt elapſo anno centum à te exigere valeam. Quis obſecro huiuſmodi contractum iniuſtiſsimum, turpiſsimumque non arbitrabitur? Nemo ſanè. Et ſi quis diceret non eſſe ſimile in propoſito caſu, quando ex contractu facto, debitum iam fundatum eſt. At in alio caſu actio de nouo conſtituitur ab eo qui centum pro nonaginta duobus vendit, atque ideo nō procedere ſicut in primo caſu? Reſpondetur, quod actionem iam fundatam eſſe aut de nouo fundari nullam videtur diuerſitatē inducere adhoc vt prætium imminuendum ſit,
2 ita quòd in priori caſu minus vendi poſsit, quam in poſteriori. Si etenim dari poſſunt nonagintaduo, vt ius, ſeu actio ad centum iam conſtituta habeatur, quid prohibet id fieri poſſe pro actione, quæ nouiter conſtituitur. Eadem quippe ratio

tio

tio in vtroque ſubſiſtit, nullaq; diuerſitatis ratio agnoſcitur. Amplius, ſi actio ad centum pro nonagintaduobus iuſte emitur, igitur eodem pretio redimi poteſt, quicquid enim emi poteſt, redimi
3 quoque atque extingui poteſt. Poterit itaque debitor ſuo creditori nonagintaduo dare, vt totum debitum centum extinguat. Quæ quidem res vſuram ſapit. Nec valet, ſi dicatur, aliud eſſe de debitore, qui ante tempus ſoluens minus dat, aliud vero de tertio, qui pro nonaginta duobus actionem ad centum emit. Hoc in quam rem minime variat. Nam ſi iuſtitiæ terminos inſpicimus,
4 nihil certe refert idem ſit an alius. Quoniam ſi creditor centum ius illorum tertio cedere valet nonagintaduobus ab eo acceptis, qua nam ratione illud idem ius, pro eodem prætio ipſi met debitori cedere non valebit? Quod ſi hoc datur, quilibet, qui mutuo pecuniam accepit, & quilibet debitor tali modo debitum ſuum extinguere valebit, ſi ante tempus minus creditori ſoluat, ſi verum eſt, pecuniam in præſenti ſolutam plus valere, quàm expectato tempore ſoluendam. Vnde aditus facilis, quia & lata via ad vſuras patebit. Immo & hoc ſequitur, quòd ſi creditor ante tempus exigat, grauiter peccabit, & debitori reſtituere tenebitur. Quoniã plus quàm par erat exegit, ſi vera eſt doctrina illa, quòd pecunia ſtatim ſoluen
5 da plus valet, quàm in futurum. Attamen neminem puto id exiſtimare, ſimpliciter loquendo, licet forte in caſu creditor ante tẽpus exigens peccet & reſtituere teneatur, vt ex dicendis patere po

terit. Sed quod præfatam opinionem difficiliorem reddit, hoc eſt. Quoniam ſi pecunia futuro tempore ſoluenda non tanti valet, quanti ſi modò ſolueretur, ſequeretur, quemlibet ſuas merces carius vendere poſſe expectata ſolutione, quàm ſi numerata pecunia venderet, etiam quod merces ſeruaturus non eſſet, vt congruo tempore, cum plus valere conſueuerunt, vẽderet, aut quòd tunc
6 pluris minoriſque valituras probabile, ac veriſimile eſſet, in quibus duobus caſibus per decretales Pontificum pluris vendi currenti prætio permittitur, quemadmodum reſponderunt. Alex. 3. in cap. In ciuitate, & Gregorius 9. in c. Nauiganti,
7 de Vſuris, & ibi fuſius tradunt doctores. Nam ſi ex vi commutatiuæ iuſtitiæ, cuius munus eſt, inter datum, & acceptum equalitatem conſtituere, prætium rei equari debet, cum pecunia futuro tempore ſoluenda non tanti valeat, quanti valeret ſi ſtatim ſolueretur, iuxta opinionem illam, neceſſe quippe erit ſi prætium equandum eſt, vt qui ad tempus emit pluris emere debeat, quàm ſi ad numeratum emeret, & qui pariter vendit carius vendere, quàm ſi pecunia tradita vendidiſſet. Et hoc procedit omni intereſſe ſublato tam lucri ceſſantis, quàm damni emergentis, demptis quoque illis conditionibus, in quibus per ſacros canones plus vendi pro tempore permittitur. ſolam venditionem ad tempus inſpiciendo. Sed nullus certe vere doctus, ac prudens hoc dabit vnquam, vt præter conditiones illas, & omni ablato intereſſe, rem ſuam plus vendere quis poſsit, quam curren

ti pretio

ti pretio valeat. Et hæc de opinionibus dicta ſufficiant.

Vera opinio ponitur, & declaratur. Cap. IIII.

1 *Neque creditum, neque ius ad illud minus emi poteſt quam valeat ob anticipatam ſolutionem ſublato intereſſe.*

2 *D. Antonini optima & tuta doctrina de emptione crediti ad futurum tempus.*

3 *Non ſemper octo minus pro intereſſe danda ſunt ab illo, qui emit creditum ad tempus.*

4 *Conſuetudo contra iuſtitiam pręualere nõ poteſt.*

5 *Debitor quia pręuenit ſolutionẽ, & damnũ propter hoc nõ patitur minus dat vſurã committit.*

6 *Caietani doctrina periculoſa.*

7 *Summa Silueſtrina non conſentit Caietano.*

8 *Summa Silueſtrina alia ratione excuſat emptores pagarũ mõtis Genuenſis, quã faciat Caietanus.*

NVNC ergo ad ſecundum propoſitum deueniens, quid ego ſentiam libere dicam nullo amore ductus, ſed ſimpliciter rem ipſam intuendo. Rationes quippe, quę in fauorem alterius opinionis paulo ante allatę fuerunt magnam vim habent, quibus certe intellectus quilibet bene diſpo-
1 ſitus induci facile poteſt, vt firmiter teneat, neque creditum, neque ius ad ipſum, minoris quàm valeat emi poſſe, eo quòd prius ſoluitur prætium, ita quòd ex anticipata ſolutione nonagintaduo-

rum, elapſo anno iuſte centum haberi debeant; & hoc vt dictum eſt omni intereſſe ſublato. Si etenim concedimus pecuniam expectato tempore minus pendi, quàm ſi in pręſenti ſolueretur, latiſsima equidem via vſuris ſterneretur. Quilibet namque cauſam hanc prętendere poſſet vt carius currenti prætio venderet, etiã quòd damnum aliquod minime ſentiret. Quapropter mihi ſemper placuit id quod prudentiſsime, & magno moderamine docuit Archiepiſcopus Floren. in 2. p. ſuæ
2 ſummę Tit. 1. cap. 8. §. 12. Vult enim minime licere, vt credita huiuſmodi ob anticipatam ſolutionem vilius vendi valeãt, niſi cum emptori propter hanc prius factam ſolutionem damnum aliquod immineret; vt ſi creditum illud certum non eſſet ac liquidum, ſed periculis obnoxium, aut ſi labores & expenſę, quę in illo exigendo forte contingerent timentur, aut quia emptor pecuniam negociationi expoſitam, ac præparatam habebat, aut quia rem vtilem & frugiferam cum illa emere conſtituerat. In his quippe caſibus ob intereſſe, cui ſubſtat emptor, qui ad inſtantiam venditoris creditum illud emit, ac proinde negocia ſua vtilia, atque honeſta pętermittat dubio procul minus illa cẽtum emere valet, ad anni terminum habenda. Sic enim nulla temporis ratio habetur, neque quòd pecunia præſens pluris pendatur, quàm in futurum, ſed tantum ad intereſſe ipſius ementis, à quo iure pręſeruandus eſt reſpectus habetur. Hic autem omnes monere velim, quòd non ſemper qui illa centum ad annum emit ſub-

ſtat

ſtat intereſſe illorum octo, eo quòd ſi nunc integram ſummam centum daret nō pateretur vtiq; tantum intereſſe, nempe octo, cum mercatores
3 non ſemper tot lucrentur. Idcirco iuxta commutatiuæ iuſtitiæ regulas iuſti intereſſe quantitas determinanda eſt, & non ſemper octo pro centenario pro intereſſe ſunt habenda. Vnde quandoque plus quàm nonagintaduo dare oportet, vt iuſtitiæ equalitas ſeruetur. Neque in hoc eodem ratio ſumenda eſt, quemadmodum conſueuerūt mercatores, cum rebus credito emptis, atque ad tempus vnius anni, data in præſenti pecunia octo minus tribuunt. Huiuſmodi enim prætij diminutio ob aliam cauſam permitti poteſt in venditione rerum ad tempus, ſicut inferius patebit. Quod ſi quis conſuetudinem obijciat, quia vſus ſic iam obtinet, vt in emptione crediti ad tempus, emptor octo minus emat numerata ante tempus pecunia. Reſpondetur, hunc non vſum eſſe, ſed abuſum, atque corruptelam. Nulla autem conſuetudo contra iuſtitiæ leges præualere poteſt.
4 Caueant ergo hi, qui abſque diſcrimine vllo, pro ſolida regula ſemper octo minus ſoluunt cum credita huiuſmodi ad tempus habenda emunt. Sed redeamus ad ſanctum Archipræſulem, qui in §. ſequenti loquens de eodem debitore, qui ante minus dat, quò debitum ſuum extinguat, de quo idem fert iudicium doctor Nauarrus, licet Caietanus in præall. loco de tertio tantum loqui videatur, magis reſtringit, & concludit, inquiens, quòd ſi debitor, qui antea ſoluit damnum non ſubſti-

net,neque cōſtituerat, aut cogitauerat pecuniam illam contractare,ſed ſolum quia ſolutionem præ-
5 uenit minus dat, vſuræ vitium eſt. ſic ait vir ille ſanctus. Quia & Caietanus ipſe de Vſura in ſua ſummula verba faciens,ſic loquitur. Quod ſi debitor hinc ad annum minus in pręſenti ſoluit ob anticipatam ſolutionem,qui cum centum debeat octuaginta ſoluit vſuram committit,quoniam lucrum ex tempore reportat. ſic habet. licet in alio præcitato loco, illorum contractuum iuſtitiam ſaluare conetur, quia emitur ius ad illa centum, quod ſanè in præſenti minus valet,vt ſuperius declaratum fuit. Quam doctrinam licet Nauarrus
6 in præall. loco ſequi videatur, afferens Innoc. in cap. In ciuitate, mihi tamen minus tuta videtur, ſed periculoſa nimis,quæ vſuris viam aperiat: ni forte ſecundum conditiones ſuperius expoſitas, & à D.Antonino relatas cohoneſtetur. Vnde D. Thom.& antiquiores Theologi nullam differentiam inter centum, atque actionem ad illa cētum habenda agnoſcere videntur,ſed omnes communi cōſenſu cum decretali Alex. 3. ob anticipatam ſolutionem prætium attenuare illicitum eſſe, ab-
7 ſolute, & ſimpliciter pronunciant. Et quoniam nonnulli forte exiſtimant ſummam Silueſtrinam in hac parte cum Caietano cōſentire,vt dicit Nauarrus in præall. loco, totum oppoſitum apud ipſum conſpicere omnes poſſunt, qui illum legerint in verbo Vſura cap.2. §.14. vbi late quæſtionem huiuſmodi pertractat, & concludit quod emere creditum acerbum, pauciorem tradendo

ante

ante tempus pecuniam vſura eſt, ni propter periculum imminens intereſſe, aut laborum, aut expenſarum, quemadmodum expoſitũ fuit. Quòd autem autor ille Caietani doctrinam nõ recipiat, ſatis ex hoc compertum haberi poteſt. Siquidem emptores pagarum acerbarum montis Genuẽſis, qui ſolidos quindecim illius monetæ dant, vt poſtea viginti accipiant, alia ratione excuſat, & tuetur, quàm ex Caietani doctrina, vt dicat emi ab il
8 lis ius, quod minus modo valet, aut quia pecunia minus penditur ad tempus habenda, quam in pręſenti ſoluta, non inquam his fundamentis innititur, ſed in illorum defenſionem affert conceſsionem factam Reip. Genuenſis à ſummis Pontificibus Calixto 3. & Sixto 4. qui tanquam ſupremi principes de plenitudine poteſtatis pro illius ciui tatis publico beneficio, declararũt pagas illas pro quindecim ſolidis pecunia ante ſoluta emi poſſe, aſſerentes hoc in vendentium vtilitatem etiam redire. Si namque commoditas huiuſmodi non daretur emendi pagas illas minori prætio, quàm ad tempus valerent pro feſto domus Sancti Georgij vectigalia vendere non poſſet, iuxta ſolitum prætium, id quod magnum toti Reip. Genuenſi detrimentum, & damnum afferret. Non quod Pontifices illi in eorum diplomatibus reſiduum iuſti prætij quod emptores tenebantur donare illis voluerint, ſed tãtum declararũt in tali caſu ob publicum bonum pagas illas minus vendi poſſe. Legat qui vult eò loci Summam Siluestrinam. Ex quibus ſatis conſtare poteſt. Si Caietani doctrina

ctrina tuta eſſet non opportuiſſe pontifices illos declaraſſe, modum illum emendi iuſtitiæ legibus non aduerſari. Data enim illa doctrina nulla eſt opus pontificum declaratione.

Remouetur dubitatio, quæ oritur propter venditionem rerum ad tempus. Cap. V.

1 *Res quę ad tempus venditur ſupremo & rigoroſo prętio vendi ſolet.*
2 *Intra terminos trium prętiorum licitè res pro tempore venditur.*
3 *Mediocritas forma moralis virtutis.*
4 *Non propter anticipatam ſolutionem licet ementibus pretium diminuere, ſed quia pretium ad maiorem equalitatem reducitur.*
5 *Si diminutio prętij excederet terminos omnes iuſti prætij licita non eſſet.*

Qvod ſi aliquis mihi obijciat, me in illo tractatulo venditionis ad tempus, modum illum vendendi permittere, qui inter mercatores conſueuit cum attenuatione prętij, & detractatione octo pro quolibet centenario, eo quod pecuniam ſtatim exhibent. Animaduertant omnes, me huiuſmodi prætij diminutionem non concedere ratione anticipatæ ſolutionis, ſed ob ſpecialem quandam cauſam, quæ in tali negocio contingit. Quoniam cum ad tempus res venditur

ſupre-

1 ſupremo,& rigoroſo prętio, vt plurimum vendi ſolet, atque vtinam illius prætij terminos non tranſirent ſic vendentes, ſicut quandoque contin
2 git, dum latitudinem trium prætiorum, infimi, medij, ac ſupremi, intra quos terminos, tam pro tempore, quàm ad numeratum merx vendi poteſt, vt in pręfato libello fuſius à me dictum fuit, longe tranſcendunt. Cum igitur ſummo prętio res pro tempore vendatur, arbitror ego iuſte fieri poſſe ab emptore prætij imminutionem, vt detrahantur octo pro centenario, ſic etenim ad me-
3 diocritatem illam, quæ tum iuſtitiæ, tum virtutũ cęterarum moralium forma eſt prætium reduci-
4 tur. Non igitur ob anticipatam ſolutionem prætij diminutio, atque attenuatio concedenda eſt, ſi in vſuræ vitium cadere nolumus, ſed vt prætiũ mitius reddatur, & ad maiorem equitatem accedat. Quanquam ſi pro tempore pluris venderetur tollerari poteſt, dummodo ſummi prætij linea non tranſcendatur; vt dictum eſt. Si autem
5 dicta prætij attenuatio tanta eſſet, vt terminos omnes iuſti prætij excederet, profecto neque vt licita permittenda eſſet.

Solutio rationum, quæ in fauorem prioris opinionis allatæ fuerunt. Cap. VI.

1 *In emptione crediti anticipando ſolutionem, repe-ritur mutuum tacitum & interpretatiuum.*

2 *Emptor*

2 Emptor crediti futuri habet actionem contra ipſum venditorem in perſona ſui debitoris, qui in eius locum ſufficitur.

3 Centum hinc ad annum habenda non iuſte emuntur nonagintaduo in præſenti.

4 Intentio ementis non reſpicit directe ius, ſeu actionem, ſed rem.

CVM ergo ex præhabitis rationibus, & ex canonica doctrina vera ab omnibus cenſeri poſſit opinio ſuperius expoſita ſoluenda modo ſunt ea, quę in fauorem præcedentis ſententię dicta videbantur. Quorum ſolutio ex prædictis facile deprçhendi poteſt. Quando ergo Caietanus in huiuſmodi negocio mutuum locum non habere probare nitebatur. Reſpondetur, & ſi prima facie, primoque aſpectu mutui ſpecies in eo non reperiatur, qui tamen linceis oculis, vim, & naturam illius introſpicere valeret, profecto mutuum tacitum, interpre-
1 tatiuum, ac virtuale ibi agnoſcet. Quanquam enim emptor, qui pro nonagintaduobus centum emit, nullam prorſus aduerſus venditorem actionem habet, nihilominus illam contra debitorem venditoris habet, qui ſane debitor centum aſsignare debet, tanquam in ſuum locum ſuffectus, & ſuam gerens vicem, adeo quod venditor ſubit onus ſoluendi centum emptori
2 per ſuum debitorem. Cum igitur in hoc debitor in venditoris locum ſubſtituatur, perinde eſt

de eſt ac ſi emptor aduerſus ipſum venditorem actionem habeat, idemque prorſus efficit. Itaque in hoc contrahendi genere, mutuum tacitum, virtuale, atque interpretatiuum agnoſcimus, omnibus ad mutuum requiſitis conditionibus in eo inuentis. Quoniam emptor id quod venditori dedit repetere ab eo poteſt, tametſi non in ſua perſona, tamen in debitoris perſona, qui eius vicem gerit, ac propterea actionem aduerſus illum medio ſuo debitore habet. Sique creditum in manu venditoris perit, profecto ipſi eidem perit, eo quòd debitor tanquam in ſui locum ſubrogatus pro eo illi reſtituere tenetur. Quemadmodum ſi quis mutuo ab aliquo caperet, atque in ſui locum alterum ſubſtitueret, qui rem mutuatam reſtituendi obligationem ſuſciperet, & qui mutuo accepit liber ab hoc onere euadit, clariſsimum eſt in tali caſu mutuum eſſe non emptionem, neque venditionem, eo quòd in mutuatarij locum alter, qui oneri reſtituendi ſe ſupponit ſufficitur. Ita pariter in huiuſmodi negocio vſuuenit. Quoniam debitor illius, qui ius illorum centum alteri cedit ſuum locum, ſuamque perſonam ſubintrat, atque videbiti, quod ſecum cõtraxerat obnoxius remanet. Quapropter verum ibi mutuum reperitur. Eodemque modo ad aliam rationem Caietani reſpondetur, qui huiuſmodi contractum, emptionem, venditionemque faciens per idem fundamentum iuſtum facit, quoniam pecunia hinc ad annum ſoluenda minoris pẽditur, quàm ſi modo haberetur.

Quod

Quòd certe fundamentum ſic ſimpliciter prolatum ruinoſum videtur, Nam dempto omni intereſſe, cui ſubiacere poſſet, qui creditū illud ad tēpus emeret, vti declaratū fuit, nulla certe ratio apparet, quòd centum hinc ad annū habenda nonagintaduo valeant nunc in hoc tempore? Hoc etenim, aut ex intereſſe prouenit, aut ex tempore, ſi primum datur, tanquam iuſtum libenter accipimus, ſi ſecundum, vſura patentiſsima erit, cum tempus ipſum vendatur. Et ſicut ratione temporis merces minus iuſto prætio vendere minime licet, ſic & nonagintaduo dare nunc pro centum hinc ad annum habendis impium eſt; Si dicatur non vendi centum, ſed ius ad illa centum: Hæc plane diſtinctio in tali propoſito parum, aut nihil ad rem facit. Nam ſicut ex Bartoli, & Baldi autoritate dictum eſt. Tantum valet actio ad rem, quantam res ipſa, ſublatis laboribus, & impenſis, quæ pro exactione fieri poſſent. Neque plus valent centum, quam actio ad centum.

4 Intentio namque ementis creditum illorum centum, non reſpicit directe ius, ſeu actionem, ſed illa centum; Propter hoc enim actionem emit, vt centum habeat. Quid enim valet ius, ſeu actio ſeorſum ab illis centum ſeparata? Quapropter ſi rem hanc pure, ac ſimpliciter intueri velimus, nil aliud in illo negocio fieri agnoſcemus, niſi quòd nonagintaduo dantur, vt centum poſtea tractu temporis recipiantur. Quod plane vſurarium eſſe; nemo eſt; qui ambigere queat.

Confir-

Confirmatio præcedentis opinionis, & ſolutio quarundam rationum.

Cap. VII.

1 Si debitor dando minus ante tempus non ſe exonerat, neque etiam tertius idem facere poterit.
2 Interpretatio doctrinę Panorm. & Innocentij.
3 Interpretatio regulę iuris, Minus eſt habere actionem quam rem.
4 Melior eſt res quàm ſpes, qui ſenſus.
5 Fructus acerbus minus valet quàm maturus, qui ſenſus.

HVIC ſententię præter Archiepiſcopum Florentinum, & ſummam Silueſtrinam, ſuperius allegatos ſubſcribit Gabriel. in 4. d. 15. q. 11. ar. 3. dubio 4. Soto libro 6. de Iuſt. & Iur. q. 4. ar. 1. & eſt expreſſe mens D. Thom. in opuſculo ad Lectorem Florentinum. Quin & Nauarrus ipſe, qui Caietano adheret, fatetur tandem, ob ſolam anticipatam ſolutionem non licere minus dare ſicque Caietanum concordat, dum in Verbo Vſura in ſecundo notabili expreſſe habet debitorem centum in fine anni non poſſe in illius principio minus ſoluere, vt ſe ab illo onere eximat, vti ſu-
1 perius adductum eſt. Quòd ſi ipſe non poteſt, neque tertius pariter poterit, quemadmodum optime deducit idem Nanarrus. Quanquam Caietanus in fine ſuæ ſummulę abſq; alio damni,

atque

atque impenſarum habito reſpectu, creditum ad tẽpus nunc minus emi poſſe ſubſtinere videatur. Ita pariter interpretari poſſumus Panorm.in cap. ex parte de alie. iud. mer. cam. fact. qui doctrinę
2 Bartoli,& Baldi contrarius videbatur,& Innocentius etiam in c. In ciuitate, de Vſur. Si vero ali-
3 quis regulam illam in iure opponeret, quòd minus eſt habere actionem quam rem.l.minus.ff.de reg.iur.hoc ſecundum prædicta intelligitur,quotieſcunque venditor damno ſubiaceret, aut quia timeretur debitorem præſtituto tempore non eſ-
4 ſe ſoluendum. Per idem quoque reſpondetur vulgari dicto, Melius eſt res, quàm ſpes. Procedit vtique de ſpe dubia,& non probabiliter certa,
5 Non obſtat dicere fructum acerbum minus valere,quàm maturum,quod videtur Caietani motiuum; hoc nanque procedit qualitatibus fructus inſpectis,non autem ob temporis pręuentionem. Vnde ſi creditum non maturum habet in ſe periculum, quibus ſi maturum foret minime ſubiaceret, certe minus valebit, alias abſque vſura minoris emi non poteſt.

Concluſio Operis. Cap. VIII.

1 Intereſſe verum & non fictum quo conſideretur.
2 Qui creditum ad tempus emit non ſemper poteſt pretendere intereſſe verum.

VT igitur tandem cõcludamus,dico iterum, atque iterum, emptionem centum pro nonaginta

naginta duobus, quæ antea dantur illicitam eſſe iniuſtam, atque vſurariam, ni forte fieret ob intereſſe, cui qui emit ſubiaceret, quod intereſſe octo importaret. Nam ſi non tanto ſe ſupponat intereſſe, pluſquam nonagintaduo pro emptione illorum centum dandum eſſet, vt ex prædictis conſtat. Aut quia creditum illud liquidum non eſt, aut quia pro illius exactione labores, incommoda, & impenſæ timentur, aut ob intereſſe lucri ceſſantis, propterea quod, vt amico inſeruiat, pecuniam à negotio, in quo iam expoſita erat dimouere cogitur, aut quia rem frugiferam cum illa emere conſtituerat. Atque vt ſummatim perſtringam ratio alicuius damni ſemper habenda eſt, & tunc tale contrahendi genus permitti poteſt, alioqui vſura eſt, commoditatis pallio circuntecta, & ſub boni ſpecie impietas exercetur. Nonnulli autem ſe ſe protegere volunt, aientes in his creditis emendis pati ſemper intereſſe aliquid. Sed hi pro illorum arbitrio intereſſe decernunt, & admetiuntur. Qui ſane ſatis, ſi volunt intelligere poſſunt, quod nam ſit diſcrimen inter intereſſe verum, & reale, atque illud, quod pręſum-
ptum eſt, & apparens. Quòdque nemo verum intereſſe prætendere valet, niſi cum ab amico requiſitus, vt illi de pecunia inſeruiat, quam pecuniam ab ipſo negocio in quo lucrabatur, quaſi inuitus diuertit, quemadmodum egregie alibi Caietanus docet. Qui verò omnem, aut ſuarum pecuniarum partem in his creditis ad tempus habendis exponit, neque pecunias in licito, hone-

ſtoque lucro exercebat, nullum vere iuſtum intereſſe prætendere valet, alioqui ſi quando quis non lucratur intereſſe ſibi deberi cenſet, non erit amplius diſputationi locus, licita ſit nec ne vſura, libroſque ſanctorum dilaniare poterimus, inſuper & diuinas humanaſque leges pœnitus im mutare. Neque extat præterea clara mihi illorum conſcientia, qui cum huic cõtractationi operam dent, periculum amiſsionis illius crediti, & expenſarum, quibus ſe exponunt, ſemper prętendere volunt. Nunquam enim in hanc credulitatem adduci poſſum, mercatores huic negocio incumbentes adeo imprudentes eſſe, atque incautos, vt cum his, qui ſoluendo non ſint, contrahere & negocia habere velint, cũ quilibet alterius vultum ſatis ſuperque agnoſcat. Quòd ſi damnum imminens timeant, ne præuideant, vtique abſque fideiuſsionibus, aliiſque ſecuris cautionibus prętium minime ſoluent. Quanquam ſi tali periculo reuera ſe ſupponunt, erit certe locus intereſſe
2 illorum conſulendi, ac prouidendi. At quòd ſemper qui mutuo dat, aut creditum in futurum habendum emit intereſſe lucri cauſa quærat, animaduertant hi caueantque ne in vſuræ, atque iniuſtitiæ vitia certe turpiſsima, legibuſque tum diuinis, tum humanis aduerſantia voraginem præcipites abeant. Atque hæc pro huiuſmodi contrahendi genere pro veritatis honore, illorumque ſalute, qui Deo placere ſtudent dicta ſatis eſſe volui, omnium peritiorum cenſuræ libenter me ſubiiciens.

DE

DE CAMBIIS Tractatus.

R.P.Magiſtri THOMAE Boninſignij Senenſis, Ord.Pręd.Theologi publici Florentini.

Quæ ſit in hoc tractatu autoris intentio. Cap. I.

1 *Cambij lucrum exquiſitum,& ſubtile.*
2 *Cambium pręſentis temporis longe diuerſum ab antiquo.*
3 *Cambium Lugdunenſe famoſius & vſitatius.*

INTER plurimas artes; atque induſtrias ingenio, & ſagacitate hominum huius ſeculi filiorum,qui ſane (vt Chriſtus Saluator affirmauit)longe prudentiores filiis lucis in generatione
1 ſua ſunt, excogitatas, huiuſmodi profecto ſolertia, lucrandique exquiſitus modus,qui ex ſola pecuniæ negociatione per cambij contractum prouenit, commentum dubio procul acutiſsimum, ſemper mihi viſum eſt,& quàm ſubtiliſsimum. Nemini igitur mirum eſſe debet, ſi hoc contrahendi genus, tot doctiſsimis, grauiſsimiſque autoribus tum Theologis,tum canonici iuris peritis

magnum fecit negocium, qui plane non abſque validiſsimis rationibus negocium in diſputationem, dubitationemque reuocarunt. Et quanquam à compluribus ex illis copioſe, accurateq; de his diſceptatum eſt, potiſsimum vero à Reuerendiſsimo Domino Caietano, à Silueſtro Prieria te, à Dominico Soto, Nauarro, aliiſque neotericis abſolutiſsimis Theologis, nihilominus nõ adhuc adeo dictum aliquibus videtur, quin amplius de ſiderari queat. Hoc dixerim ob nouos quoſdam cambiendi modos, quos præſens ætas inuexit.
2 Quandoquidem cambia, quibus omnes fere huius temporis vtuntur, ab illa priſca antiquorum forma longe, lateque recedũnt, atque diſſentiũt. Sicut & iidem ipſi mercatores fatẽtur. Propterea aliqua peculiari obſeruatione, atque animaduerſione indigẽt, vt videamus, quæ nã in illis iuſtitię ſpecies cõtineatur, & ſi ad verę doctrinę principia collimari poſſunt quidam cõtractandi modi, qui ab aliquo temporis curriculo in conſuetudinem venerunt. Enimuero quamplurimis ambiguitatem non modicam pręſeferunt, iiſque pręſertim, qui cambiendi praxim, vſumque minus callent. Quamobrem nullam pręſumptionis, aut temeritatis inuerendam mihi notam indicaui, ſi vt multis ingenuis, huiuſque negocij profeſſoribus morem geram, non nulla pro meo captu, proque ingenij mei imbecillitate in medium afferam, quodque de hac re ſentiam explicem, perinde ac duos denariolos in ampliſsimos tot doctiſsimorum ſcientiæ theſauros ad pauperculæ illius à

Chriſto

Christo laudatę imitationem mittam. Hic igitur erit intentionis meæ finis, & ſcopus, vt propter eccleſiæ fidelium vtilitatem, obque altiſsimi Dei gloriam, ea qua potero breuitate, & claritate huius cambij formam, quam vſus iam obtinuit explicem, illiuſque iuſtitię fundamenta perquiram, ſimulque ambiguitates, perplexitateſque, quę circa ipſum verſantur referam, atque extricem. Quod ſi quondam pro maiori mercatorum commodo vernacula etruſca lingua id à me pręſtitum fuit, vt tamen communis ſit omnium nationum vtilitas, latino ſermone nunc implere curaui, quã quàm difficile forte erit, latinis nominibus expreſſiuis, in huius rei tractatione vti ſemper, ſi ſermo rei, non res ſermoni eſt accomodanda. Hoc tamen vnum lectores monere velim, quòd ſi plerumque de cambio per Lugdunum erit mentio, non propterea minus vniuerſalis doctrina cenſanda erit, quęque omnibus in vniuerſum cambiis aptari non valeat. At quoniam Lugduneſe cambium cæteris videtur famoſius, atque vſitatius, ideò crebra erit illius nominatio. Vtinam ſic mihi diuina lux affulgeat, vt quæ veritati conſona ſunt literis exarem, ad communem omnium vtilitatem, & obſequium potiſsimum vero ad Dei Opt. Max. gloriam.

Quale apud veteres eſſet reale Cambium. Cap. II.

1 *Cambium ob mercium negocium adinuentum.*
2 *Cambium antiquitus ob mercium commoditatem fiebat abſque lucri ſcopo.*
3 *Monetarum valor variatur.*
4 *Monetarũ paritate data iuſtũ cãbium eſſe poteſt.*
5 *In cambio nõ eſt habenda ratio longioris tẽporis.*
6 *Campſores ad monetarũ paritatem non aſpiciũt.*

Cambium verum, atque reale ob mercium, negociorumque commoditatem, ab hominum induſtria adinuentum eſſe, ſatis exploratum
1 eſſe poteſt. Mercator, ſi quidem, aut inſtitor, qui merces ſuas in aliam prouinciam, aut regnum defert pecuniam ſuam cambire, & commutare poteſt cum eo qui ex eodem loco merces extrahit, atque alibi vẽdidit. Quemadmodum ſi per exemplum dicamus, Florentini pannos laneos, & ex ſerico confectos in Hiſpaniam tranſmittunt, ex quibus pecuniam recipiunt. At Hiſpani lanam, & coccum, granumque tinctorium purpuram conficiendam, & id genus Florentiam traducunt, qui pariter prætium pecuniæ exigentes, mutuo illam cambiunt. Quod ſane cambij genus, nec damnari, nec vituperari poteſt, quandoquidem ne dum iuſtitia in eo clara cõſpicitur, verum etiam pro communi vtilitate propter merces de loco ad locum tranſuehendas humanæ ſocietati

cietati valde neceſſarium exiſtit. Iuſtitię quoque expreſſa ſignificatio in eo cambiorum genere elu cet,cũ quis pecuniã ſuam hoc in loco exhibet,vt Lugduni, in Hiſpania, vel alibi ad coemẽdas mer ces accipiat. Ob hanc igitur mercium commoditatem cambium inſtitutum fuit. In cuius ſignũ Lugduni nundinę quaternę ſingulis quibuſque annis, in quibus cambiorum ſolutiones fiunt ſtatutæ ſunt. Quoniam in iis nundinis merces mul tę contrahuntur, ob franchigias,atque priuilegia
2 illarum. Eſt igitur hic cambiendi modus pro mer cium commoditate, abſque lucri ſcopo adinuentus, & hoc, niſi in locis illis omnibus, pro quibus
3 cambia fiunt eſſet monetarum paritas. At cum ex variis accidentibus monetæ valor non ſemper idem permaneat, nullum certum lucrum ex iſto cambiendi modo ſperari poteſt. Vnde mercatores nullam hodie huiuſce paritatis monetarum rationem habere videntur, ob multiplicem, quibus illę ſubiiciuntur variationem. At ſuppoſita monetarum paritate, vt quod Lugduni marcha ſexagintaquinque ſcuta illius monetæ firmiter valeat poſſet quis calculum facere, quot ſcuta au rea ex Florentinis in illis ſexagintaquinque contineantur, ac Florentiæ tanto minus tribuere, vt Lugduni vnum,aut duo,plus minuſque iuxta co piam, inopiamque pecuniæ recipiatur. Id quod & per alia loca, in quibus cambium exercetur fie ri poteſt, vt per Romam,Neapolim,Hiſpaniam, cæteraque loca. Hoc autem lucrum iuſtum cen-
4 ſeri poteſt, ob rationem à Doctoribus, vt Caieta-

no aliiſque allatam. Quoniam pecunia longe di-ſtans minus penditur,ac ſi præſens eſſet,quemad-modum & in mercibus, ob pericula,atque expen-ſas quibus ſubſunt contingit. Quapropter dari quidem Florentiæ poterunt ſcuta quinquaginta octo,vt Lugduni,ſcuta quinquagintanouem, aut etiam ſexaginta habeantur. Quemadmodum qui Florentiæ pecuniam ab alio recipit, vt eidem Lugduni,aut alibi ſoluat, minus aliquid Lugdu-ni illi ſoluere facit, ob expenſas,& currentia peri-cula. Et licet pecuniam quis Lugdunum ea inten-tione träsferat,vt ſua negocia pro ſuo arbitrio pe-ragat, hanc tamen nactus occaſionem poteſt cam-biendo lucrari ſi Florentiæ communi fori pretio tribuat, ac proinde Lugdunum pecuniam transfe-rens, vt tot ibi marchas ſcutorum ſexagintaquin-que illius monetę recipiat abſque noua cambij reiteratione. Et ſi quandoque iacturam faciat, propterea quòd valor monetę augetur, data ta-men paritate iuſte lucrari poteſt, dummodo Flo-rentiæ communi fori prætio tradiderit,& non mi-
5 nus,neque etiam longioris, breuioriſque tempo-ris ratio habeatur, nempe, ne ob maioris tempo-ris expectationem ad ſolutionem Lugduni reci-piendam minus iuſto pretio detur. Sed quoniã, vt dictum eſt, huiuſmodi paritas ex diminutione valoris monetarum,& ex aliis quoque euentibus tollitur, idcirco nõ curãt mercatores lucrũ iſtud.
6 Illud etenim cambij lucrum expectant, quod per recambium fit,noua, eiuſdem pecuniæ traiectio-ne à mandatariis ipſorum peracta, vt inferius lo-

co

co ſuo magis patebit. Quapropter vere enunciauimus, iſtud genus cābij verum vtique & reale, mercium gratia, illarumque commoditate, non lucri intuitu fuiſſe repertum. Non ſic genus aliud de quo mox dicere propono, ſi prius emergentes nonnullas contra cambij artem difficultates enodare conabor.

Cambij artem ſi ad finem bonum referatur minime damnandam. Cap. III.

1 *Numus menſura vniuerſalis rerum venalium.*
2 *Cambium ſi ad honeſtum finem refertur non vituperantur.*
3 *Numi duplex vſus primarius & ſecundarius.*
4 *Lucrum in commutatione pecuniæ cum pecunia.*
5 *Ars cambiendi permutatio pecuniæ cū pecunia.*
6 *Ars cambiendi vtitur pecunia, vt pecunia.*

ET quanquam à priſcis philoſophis, quemadmodum Ariſtotele primo politicorum cap. 6. cambiorum ars vituperatur, tum quod vſum proprium ad quem inſtituta fuit pecunia non obtinet, nempe vt ſit rerum omnium venalium vni-
1 uerſale prętium, propterea nanque inuentus eſt numus, vt ſit valoris rerum regula communis, & menſura, ac proinde nullius cōtractus ſubiectum eſſe poteſt, vt numus numum pariat, tum etiam quòd cambiendi ars pręfixum non habeat finem, cum ad lucrum quod fine caret referatur. Verunta-

runtamen ſi ſine aliquo bono honeſtetur eiuſmodi ars, vt pro conſeruatione, atque acceſsione proprij ſtatus, pro Reip. commodo, atque vtilitate,
2 tantum abeſt, vt vituperetur, quòd etiam laudatione non parua digna ſit, tanquam res communi hominũ conuictui & conuentui ſumme neceſſaria. Quandoquidem, licet qui pecuniam cambit, numo minime ad eum finem principalem, propriumque, ad quem primò inſtitutus eſt vtatur, vſum tamen alium, non alienum, & ſi non ita principalem habet. Quemadmodum enim naturalia, atq; artificialia duas functiones, duoſq; vſus habent, alterum primarium, alterum ſecundarium, ſicut per exemplum frumenti, vinique primarius vſus eſt, vt vnum comedatur alterum bibatur, Vſus etiam veſtis indumẽtum ipſum eſt, attamen frumentum, vinumque commutari in res alias poſſunt, ſicut etiam veſtis, vendi, & in pignus dari, & ad alia aſſumi exercitia, quod eſt ſecundario vti. Hoc idem pariter in numo contingit, quo ſane vti valemus, non ſolum, tanquam generali prætio in rebus omnibus pro humano victu commutandis, huius enim gratia prima intentione inuentus fuit vnde ob hoc principis imagine inſignitur, vt illum communem venalium re
3 rum menſuram eſſe declaretur, verum etiam ad ſecundarium vſum referri poteſt, vt ſi vnam pro altera nobis commodiore pecunia cõmutemus. Quoniam cum vna alteram valore excedat, ad equandum monetę valorem cum re, quæ minori emitur prætio neceſſe eſt alteram à vendente emptori

ptori

ptori rependi,quę minoris ſit extimationis,atque
4 valoris. Quapropter ſcite dixit Ariſt. in præall. loco lib.polit. lucrum in pecuniæ commutatione caſu contigiſſe. Contigit quippe monetam in vno loco pluris, quàm alicubi extimari, ac per hoc cum plus aliquid eo loci, reciperetur, modũ excogitauit humana induſtria, monetam cum
5 alia commutando lucrari. Ars itaque cambiendi aliud profecto non eſt, quàm negociatio permutandi pecuniam cum pecunia. Qua plane pecunia vtitur cambium,non vt materia auri,argen
6 ti,vel eris, ſic enim perſpicuum eſt vendi poſſe,& contractari, ſed quatenus pecunia, & numi ſunt, non ad primarium, ſed ad ſecundarium vſum, iuxta Ariſt. doctrinam, quam & D. Thom. probat libro ſecundo de reg. princ. cap. 14. Atque hoc maximum à Caietano cenſetur fundamentum ad iuſtitiam cambiorum inueſtigandam, vt inferius dicemus. Non eſt igitur vituperatione dignum cambium, ſi ad honeſtum finem modo expoſito referatur.

De cambio vſitato quod vocant per literas. Cap. IIII.

1 *Cambium per literas fraudibus expoſitum.*
2 *Cambij vſitati per literas, forma, & exemplum.*
3 *In cambio creditor qui dat remittit pecunias, debitor vero qui accipit trahit illas.*
4 *Forma literarum cambij.*

5 *Cambio per ſcripturã firmato non poteſt in iudicio conueniri ille, qui accepit, ſi ille cui remiſſum eſt creditum decoxit.*

6 *Modus vſitatus ab illis, qui alienam pecuniam cambiunt.*

7 *Cambiens alienam pecuniam pro ſe remittit, & pro alio trahit.*

8 *Cambij difficultatis punctus.*

Longe maior ſe offert ambiguitas, ſi cambium illud iuſtificare voluerimus, quod arte, & negocio exercetur, cuius planè vſus apud omnes inoleuit, etiam apud eos, qui non ſunt negociatores, dum abſque vllo contractandarum mercium fine pecunias ſuas in cambiis continuo verſant, in diuerſa fora illas tranſmittentes, & per alia recambia redire facientes. Quod ſane cambij genus, prætor id quòd ad honeſtum negociationis finem referri non videtur, ac propterea nullam communi hominum ſocietati vtilitatem afferre, vti de ſuperius explicato cambio declaratũ eſt, quam plurimis ſubſtat ambiguitatibus,
1 ob fraudes, ac dolos, qui de facili in eis incidere poſſunt, in quo ſane auaritiam, cupiditatemque ad ſummum veniſſe liquidò conſtat. Sed priuſquam ad huiuſmodi difficultates accedamus, operę prętium duxi formam, atque exemplar ob oculos proponere, quo cambia iſtiuſmodi celebrantur, à pleriſque cambia per literas nuncupata, à quibuſdam cambia ſicca, à nonnullis etiam
2 ſcriptoribus non plene intellecta. Vt igitur modũ

for-

formamque illorum accipiamus,ſciendum eſt in huius cambij celebratione, quandoque perſonas plures concurrere,aliquãdo vero pauciores, quæ quidẽ licet actu ſint pauciores,virtute tamen plures ſunt, quoniam ſępenumero contingit, vt eidẽ detur ad cãbium, cui tractũ fuit, eo quòd vtraq; fungitur perſona,nam ſimul tranſmittit pro ſe pecuniam alteri datam,& pro alio trahit debitum.

3 Cogimur ſępius vti hiſce terminis duas actiones explicantibus, nempe remittere, & trahère, primus actus ad creditorem, ſecundus ad debitorem, qui cambium recipit alibi reddendum ſpectat. Fingamus igitur per exemplum caſum huiuſmodi.Ioànnes mercator habens pecuniam propriam, vel alienam, cum mandato, quòd eam cambiat, pro nundinis proximis Lugdunenſibus, dat Franciſco marchas decem ad cambium, prętio ſcutorum aureorum quinquagintaſeptem pro qualibet marcha,quia tantum valuit in communi foro, ſoluens verè, & re ipſa ſcuta quinquaginta ſeptem. Remittitque creditum hoc Lugdunum Leonardo commiſſario, & reſpondenti ſuo. At Franciſcus debitum hoc Lugdunum pariter Petro commiſſario ſuo trahit, recipiens Petrus literas cambij ab ipſo Franciſco factas, & à Ioanne ad Leonardum directàs, atque tranſmiſſas, quæ quidem literę huius tenoris

4 eſſe ſolent. Soluite in his proximis nundinis Auguſti per has primas cambij Leonardo marchas decem pro valore hic à Ioanne,& ponite ad meam rationem, hoc eſt facite me debitorem.

Ioan-

Ioannes autem ſcripturas in ſuo libro accommodat, faciens Leonardum, cui creditum remiſit debitorem tali forma. Leonardus Lugduni, meo nomine tenetur dare ſcuta ſexcenta & quinquaginta pro valore marcharum decem de auro,quę illi remiſſa fuerunt in proximis nundinis Auguſti à Petro iuxta valorem hic ad rationem ſcutorum quinquagintaſeptem pro marcha ad Fráciſcum, quæ ſanè ſcuta ad morem Italicum ſunt quingenta, & ſeptuaginta, ſed ad morem, & vſum marcharum ſunt ſexcenta & quinquaginta. Ex aduerſo autem huius partis ſcripturæ facit creditorem banchum,quod pro illo ſoluit, aut capſam penes quemcumque ſit, ſi ad numeratum ſoluerit, Sic & Lugduni Leonardus pecunia recepta eadem forma creditorem ponit Ioannem,ſcutorum ſexcẽtorum,& quinquaginta de marchis, ſi quidem rationem habet non valoris hic vbi facta eſt ſolutio, ſed valoris Lugduni. Significat prętereą per alias literas Ioãnes Leonardo, illique demandat, vt detractis prouiſionibus ſuis eaſdem decẽ marchas Florentiam iuxta communem curſum fori Lugdunenſis remittat. Franciſcus pariter, qui cambium acceperat Petro cui debitum traxerat mandat, vt eaſdem decem marchas Florentiam ſibi trahat. Leonardus igitur iuxta mandatum Ioannis, dat dictas decem marchas ad cambium Antonio, remittitque Ioanni,& Antonius Florentiam Federigo trahit, vt ſoluat Ioanni marchas decem ad rationem ſcutorum quinquaginta octo pro marcha, eò quòd tanti valuit Lugduni per Flo-

Florentiam. Lucratur itaque Ioannes in huiuſmodi cambio ſcutum vnum pro marcha. Et vbi prius Leonardus creditorem fecerat Ioannem in ſuo libro, qui creditum antea illi remiſerat, cum illi poſtmodum remittit debitorem illum conſtituit. Et Ioannes quoque cum ſolutionem recipit creditorem illum ponit. Petrus etiam, cui decem marchę tractę fuerunt à Franciſco, nempe, à Philippo accipit ad cambium, trahitque Florentiam eidem Franciſco à quo prius illi tractum fuerat, ſicque diſponit vtiliter de debito ſibi à Franciſco tracto. Et hic eſt animaduertendum, quod in caſu propoſito contingere poteſt, Leonardum dare prædictas marchas, eidem Petro, cui Franciſcus traxerat, ita quòd in recambio poſtmodum à Leonardo Florentiæ facto ab eodem Franciſco Ioannes ſolutionem marcharum acciperet, cui ante dederat ad cambium. Nam iidem ſint, an non iidem hi quibus in ſecundo cambio dentur, naturam cambij minime variat. Cuius ratio eſt, quoniam iam primum cambium inter Ioannem, & Franciſcum peractum, quorum vnus remiſerat, alter vero traxerat perfectum, atque abſolutum fuit, ex quo Lugduni ſcriptura firmatam eſt, hoc eſt, quia Leonardus Ioannis mandatarius ſolutionem à Petro Frãciſci commiſſario accepit, ex quo cambij literas acceptauit. Alterum vero ſubſequens nouum eſt cambium, in quo Ioannes, qui ad cambium dedit, nihil amplius cõmune habet cum Franciſco, cui dederat, cum ab ipſo ſolutionem acceperit vigore literarum cambij. Vnde ſi, Leo-

Leonardus, cui creditum remiſſum fuit decoqueret non poteſt amplius conuenire Franciſcum, neq; ſecum iudicio agere, ex quo cambium ſcriptura firmatum fuerat. Idcirco in hac ſecunda remiſsione, quam Leonardus Ioanni facit, Ioannes debitorem ſuum agnoſcit Federigum illum, cui ab Antonio tractum fuit, qui à Leonardo ad cambium acceperat decem illas marchas, & non Franciſcum cui antea ad cambium dederat, ni contingat, vt dictũ eſt quòd Leonardus Lugduni eidem Petro dediſſet, cui à Franciſco tractũ fuit, & Petrus poſtea Franciſco traheret, hoc enim in idem redit. Et quoniam in principio huius tema-
6 tis diximus, mercatorem, qui aliquando alienam pecuniam cambit duplicem capere prouiſionem, eo quòd capitale aſſecurat, ſæpeque euenit, vt ille, qui cambium accipit, nihil Lugduni neque crediti, neque mobilis, aut aliquid habeat, idcirco cogitur rogare illum, qui ſibi dat cambium, vt pro ipſo nomine ſuo accipiat, in ſingulis nundinis, quouſque ei reſtituat, aſſecurando ipſum, preſtandoque cautionem, aut fideiuſsionem, obligans ſe ſoluere capitale expenſas, intereſſe, ac prouiſiones, atque frequenti in vſu eſt modus hic. Vnde hic animaduerſione eſt opus, quòd in tali caſu, qui ad cambium dat ſibi prædictas marchas numerat, perinde ac ſi ab alio eas accepiſſet, id quod Franciſcus agere tenetur, qui à Ioanne pecuniam accepit. Duas ergo agit perſonas, Nam
7 & nomine Franciſci Lugdunum trahit, & pro ſe remittit, aut pro illo, cuius eſt pecunia, quam ad

cambium

cambium dat, conficitque literas ad Leonardum tali forma. Soluite per hanc primam cambij in proximis nundinis, Auguſti, vobis ipſis marchas decem de auro pro valore,mihi numeratas,& ponite pro Franciſco nomine meo,& hoc dicit,quoniam cũ Franciſcus ibi nihil habeat, neq; Lugduni ſit cognitus, nemo ſuum debitum acciperet. Præterea per alias literas illi mandat,vt dictarum marcharum debitorem faciat Antonium, creditorem vero ſe ipſum,aut illum,cuius eſt pecunia, eo quòd pro Franciſco traxerit, pro ſeq; verò remiſerit. Mandatque inſuper, vt Franciſco debitum retrotrahat, creditumque Florentiam ſibi remittat ſupra ſe ipſum, aut nomine ſuo. Leonardus igitur literis acceptis prędictarum marcharũ debitorem Franciſcum conſtituit,pro ſcutis ſexagintaquinque pro marcha illius monetę,eiuſdemque ſummę creditorem Ioannem facit. Vtque de tali credito diſponere vtiliter valeat, intelligit ad quod pretium fiant in foro cambia per Florentiam, & cum inuenerit, quod fiunt ad rationem ſcutorũ quinquaginta & octo pro marcha, Ioanni Florentiam prædictas marchas trahit pro ſcutis quinquaginta & octo ſibi numeratis,quoniam & ipſe pariter perſonam illius gerit, qui ad cambium accipit, id quod Franciſcus agere debuiſſet, ſcribitque Ioanni, vt de huiuſmodi ſic tracta pecunia, Franciſcum debitorem faciat, & è regione de remiſsione eiuſdem pecuniæ creditorem Franciſcum faciat, conſuetas ſibi prouiſiones retinens, ſicque rationes equantur, & Franciſcus perdit

G ſcu-

ſcutum vnum pro marcha, quod Ioannes lucratur, præter prouiſiones pro laboribus, atque expenſis, peractis.

Hęc eſt tota praxis cambiendi inter mercatores. Stat igitur in hoc difficultatis punctus, ſi lucrum iſtud vnius ſcuti pro marcha, quando pecunia per recambium Florentiam redit eſt licitum, atque iuſtum. Hoc etenim comperto illico iuſtitia cambij hodie vſitati elucebit. Id quod a prędictam praxim non bene callentibus diſcerni minus bene poteſt. Et quidem multa difficilia circa hunc cambiendi modum ſe offerunt, quæ hominum mentes alioqui Deum timentium extimulant, atque exturbant. Proponam ergo imprimis difficultates, quę in hoc genere cambij verſantur postmodum illius iuſtitiam inueſtigare, & fundare conabor, vt quo nam modo iuſte exerceri valeat ſciamus. Tum demum quid veri ambiguitates concludant, qui verò non explicabitur.

8

Difficultates emergentes ex præ expoſito, vſitatoque cambiendi modo. Cap. V.

1 *Conſcientia erronea ligat.*
2 *Finis dat actui bonitatem, & prauitatem.*
3 *Auaritia magna in cābiis exercendis oſtēditur.*
4 *Cambium ſiccum quare dicatur.*
5 *Iniuſtitia maior in depoſito, quam in cambio reperitur.*

6 Cam-

6 *Cambium permutatio eſt pecuniæ cum pecunia.*
7 *Cambium diuerſitatem monetarũ in ſpecie exigit.*
8 *Marchę Lugdunenſis valor.*
9 *Dantes ad cambium plus dant in principio quàm in medio, & in fine.*
10 *Mercatorum ſagacitas in dando, & capiendo ad cambium pro iiſdem nundinis.*
11 *Duplam prouiſionem accipiunt campſores pro aſſecurando capitali.*
12 *Cambium per Biſantium à Ianuenſibus introductum.*

Dubium ſane, ſcrupuliſque plenum intellectui ſeſe offert prefatum cambium,& quidem non parui ponderis, quibus ne dum contrahentium mentes implicatę redduntur,atque perplexæ, verum etiam, qui aliorũ conſcientiis conſulere, de illiſque iudicare habent, quemadmodum prælati, prædicatores, confeſſarij,cęterique ſpirituales patres maximè diuexantur, ſępeque numero accidit,quoſdam plus nimio in rebus ad conſcientiæ rectitudinem ſpectantibus audentes parum circumſpecte, & per viam latam, ſpatioſamque incedere. Quidam vero rem ipſam non ſatis introſpicientes, quanquam ſcientia periti, illam ad praxim applicare ignorantes vituperant pluſquam decet, damnantque abſq; delectu mercatores omnes, zelum quidem, at exigua conditum ſcientia oſtenianteș. Quodque magis intereſt,aliqui contra conſcientiam agunt, & ſi erroneam,peccare ſe quidem arbitrantes, etiam quòd

iuſta ſit illorum contractatio. Neque ob id à peccato excuſari poſſunt, quandoquidem (vt com-
1 munis extat vox) conſcientia etiam erronea ligat. Hinc ergo dignoſci poteſt, quanti veritatis cognitio ſit facienda, qua ſine (teſte Auguſtino) falſa eſt omnis virtus etiam in bonis moribus, cum rectę cuiuſque actionis ſeminarium ſit, atque fundamentum.

Inter alias igitur ambiguitates, quæ hanc cambiendi formam perturbant, atque obſcurant, ea eſt, eo quod nullus in illa ſpectari videtur finis
2 honeſtas, at turpis, vituperationeque dignus. ex fine autem (vt omnes norunt) bonitas, prauitaſque omnis in humanas deſcendit actiones, ab eoque denominari omnia iuſtum eſt, ait philoſophus, nam cum cambium iſtud non mercaturę gratia, commodoque fiát, quemadmodum illud quod priori loco expoſuimus, ſed ſolum augendæ rei ſtudio, cum multoties tota in illo pecunia implicetur, abſque vllius mercis negocio, & contractatione, quid obſecro emolumenti, quamque vtilitatem publicis rebus afferre poteſt? Quin ex-
3 preſſa hic auaritiæ intentio detegitur, dum perpetuis continuiſque recambiis, per omnes fere mundi nundinas, pecunia in girum voluitur. Quòd ſi quis dixerit vtilitatem vtique non exiguam cõferre prædictũm cambium, quoniam complures parum in bonis habẽtes, neque apud alios fidem, aliena vtuntur pecunia, dum eam ad cambium recipiunt, & cũ lucri acceſsione negocia peragũt, atque ideo commodo eſt negociationi. Reſponderi

deti poteſt, vtile hoc longe maiori damno compenſari. Quoniam perſpicuum eſt eos, qui ſub intereſſe mutuum exercent, vt plurimum decoquere: maius vero emolumentum vniuerſitati præſtarent, ſi facultates ſuas in mercibus humano victui neceſſariis exponerent, ac proinde multi egentes, alioqui induſtrij tutius lucrando vitam honeſtius traducerent.

Præterea hæc cambij maneries recte inſpicien-
ti, ne latum (quod aiunt) vnguem ab eo cambij
genere diſtare videtur, quod ſiccum appellant ab
omnibus prorſus exploſum, atque exhibilatum,
4 & iure quidem ſicci nomen ſibi vendicauit, quan
doquidem, neq; ſpiritum vitalem, aut humorem
habet, neque veritatis in ſe iuſtitiam continet vl-
lam, ſed aridum, fictumq; omnino eſt. Nam idem
profecto ab vtroque proficiſcitur, cum literas
Lugdunum mittere nil amplius efficiat, quàm ſi
non mittantur, quinimo, ſi non mittantur maius
certè ipſi debitori beneficium obuenit, qui & pro
uiſionum expenſas, & hic, & Lugduni vitat. Si
igitur inhoneſtum, & turpe eſt illud cambiendi
genus, erit profecto, & hoc impium, atque iniu-
ſtum. Quòd ſi illud iuſtum cenſetur, & aliud quo
que. Ac proinde, depoſita, quæ extra Italiam in
quibuſdam locis fieri conſueuerunt tolerari faci-
5 le poternnt. Quanquam in depoſito expreſsior
iniuſtitiæ deformitas apparet, eo quòd lucrum de
terminatum, certumque conſtituitur, & firmatur,
quod in cambio non fit, in quo priuſquam literæ
redeant, ignoratur ipſius acceſſus, & lucrum.

Adhuc in huiuſmodi cambiendi modo nec forma, nec eſſentia cambij ſaluari videtur. Ab omnibus nanque definitũr nil aliud eſſe cãbium, quàm
6 pecuniæ, cum pecunia permutatio quædam cum numorum quantitas in vno loco tribuitur, vt alibi recipiatur. Id quod in cambio ſuperius figurato minime conſpicitur, quoniam marchę decem Florentiæ quidem dantur, quæ ſanè Florentię pariter in reditu literarum, cum lucri acceſsione recipiuntur, eóque magis hoc inſpicitur, quando is qui dat ſibimet numerat, & pro illo trahit, cui ad cambium dedit, tunc etenim euidentius declaratũr, ęundem dantem, ab ęodem in ęodemque loco recipere. Ex quo aperte colligitur, tempus non locum lucri cauſam exiſtere. Quod ſanè iuſtitiæ cambij aduerſatur.

Huic etiã ambiguitati altera finitima eſt. Quoniam in reali cambio danda eſſet pecunia vnius
7 ſpeciei, vt altera alibi alterius ſpeciei reciperetur, id quod minime apparet. Nam licet in cambio, quod fit per Lugdunum, & per alia loca extra Italiam, alterius qualitatis, ſpecieique numi recipiãtur, in cambiis nihilominus, quæ intra Italiam celebrantur modica, aut fere nulla numorum variatio conſpicitur, potiſsimum, in ſcutis aureis, vt in cambiis, quę fiunt per Romam, per Neapolim, per Venetias, quin etiam in Lugdunenſi cambio, quanuis detur pecunia, vt recipiantur marchę, quarum vna valet ſcuta ſexagintaquinque illius monetæ, qui ſane valor, minor eſt ſcutorũ Italię. Quoniam qui Florentiæ tribuit tot ſcuta aurea

quot

quot ingrediuntur in tot marchis recipit ęadem ſcuta cum illo emolumento, ac propterea fit ſuppntatio ad rationum ſcutorum Italię. Vbi liquidò conſtare poteſt monetæ varietatem potius apparenter, quàm exiſtenter verèque hic cõcurrere.

Quibuſdam etiam dubitationem ingerit, Lugdunenſe cambium, Cum enim cõpertum ſit omnibus,
8 marcham eò loci ſemper, atque immobiliter valere ſcuta ſexagintaquinque, conſequens erit, vt qui pecuniam cambio tradit lucrum certum ſemper ſperabit, quoniam nunquam tot hic numos tribuet, vt Lugduni marcha pręciſe recipiat, ſed tanto minus ſoluet, vt lucrum certum ſperare, & conſequi valeat, quod ſane naturæ veri, ſincerique cambij repugnans videtur.

Perturbat quoque complures, quo nam iure iidem ipſi mercatores, qui & dant, & capiunt cambium, marchę valorem conſtituant in die in qua fit computus, & ratio, prętium illi imponentes. Nam iniuſtitia ſtatim patere de facili poterit, nempe quòd ille idem emat, prętiumque ſuo pro arbitrio ſtatuat, attamen in omni foro ſic vſus obtinet, vt mercatores prætium cambio ponant.

Aliquibus etiam ſcrupuloſum tale cambium ſe præbet, eo quòd dantes, vt plurimum lucrantur, per rarò autem iacturam faciunt, quemadmodum è contrario capientes, ſemper perdunt, & plus quàm acceperint reddunt. Quod planè iuſtitiæ obſtare videtur, cum in omnibus iuſtis contractationibus, lucro & damno indifferenter ambo contrahentes ſe ſubiiciant.

Non modicam, etiã ambiguitatem affert, quòd
in principio cambiendi per nouas futuras nundi-
nas, hi qui dant pauciorem tribuunt pecuniam, in
medio autem temporis, & adhuc in fine propè
9 nundinas maiorem conferunt, quod ſanè ratione
temporis longioris breuioriſque facere videntur,
nec ipſi diffitentur, patet igitur vendi tempus,
10 quod vſurariam redolet iniquitatem. Tantaque
eſt mercatorũ induſtria & ſagacitas, vt iidem ipſi
qui ab initio nũdinarum Lugdunum remiſerunt,
in fine poſt modum illò trahunt, timentes for-
te damnum, ſignificatum ſi quidem illis eſt, ma-
ximam ibi reperiri pecunię abundantiam, & quo
niam vbi dederant ad cambium inopia erat pe-
cuniç, eligunt parum illud lucrari, & ſic pecu-
niam trahendo extinguunt creditum remiſsionis
iam factę.

At non nulli ſcirè cupiunt, quod nam ſit iuſti-
tiæ fundamentum, dum mercatores prouiſiones
ſibi reſeruant, vt duo pro mille, plus, vel minus
iuxta loci conſuetudinem, quæ ſane prouiſio ſol-
uitur à capientibus ad cambium ſemel vbi reci-
piunt, iterum vero Lugduni, aut aliò, vbi debitum
trahunt. quoniam Lugduni in retrahendo nouus
contractus, nouaque ſcriptura fiunt. Et cum con-
tingat eum, qui dat ad cambium alienam remit-
tere pecuniam, prouiſionem ab vtroque ſuſcipit,
tum ab eo qui trahit, tum ab illo pro quo remit-
tit, & tunc aiunt duplicem reddi ſonum. Hoc
11 etiam in conſuetudinem tractum eſt, vt qui aliis
ſuas pecunias cambiendas exponunt pro capita-
lis

lis aſſecuratione duplam eis prouiſionem concedant, quod licitum an ſit conſideratione indiget.

Amplius non nulli ex Theologis dubitant, iniuſtum eſſe putantes, ſi ille, qui ad cambium tribuit cautionem pignoratitiam fideiuſſoriam, aut quamlibet aſſecurationem petat. Nam iſte in tuto ſic ſemper manebit, alter vero periculo ſtabit, quod iniuſtum illis videtur.

Affirmant pariter nõ ab omnibus paſsim cambia exerceri poſſe, ſed ſolum mercatoribus id licere, qui intereſſe patiuntur, quique ſua induſtria aliis in vniuerſum commoditatem faciunt. At qui mercator non eſt, non recte pecunias ſuas cambio exponit, licet partem illarum poſsit, ſi in aliis mercibus implicare non valet.

Eſt inſuper apud nonnullos quidam cambiendi modus, timoratis viris minime probatus, qui pro duabus ſequentibus nundinis ad cambium dant, atque ideo minus iuſto currenti prætio in foro tribuunt, propterea quod prolixiori tempore expectant. Quod certe iniquitatem præſeferet.

Inueni etiam aliquos, & quidem doctiſsimos, qui cambia inter loca vicina vnius regni, aut vnius prouinciæ, quemadmodum à Florentia Romam, à Roma Neapolim damnant, hac ducti ratione, quoniam inter hæc propinqua loca pecunia variationem ſuſcipere nequit ob illius abundantiam, aut caritatem, ſicut in locis diſtantibus.

Poſtremo

Poſtremo conſideratione dignum eſt, vt illo-
rum cambiorum iuſtitiam intelligamus, qui à nō
multo tempore,pro quibuſdam inſuetis locis fie-
12 ri cęperunt, vt per Biſantium,per Placentiam, &
per alia,quāquam hic multis iam annis à Ianuen-
ſibus fuit inuectus, cum ob bella, à Lugdunenſi
commercio fuerunt excluſi, in quibus locis nulla
re vera eſt negociatio, ſed mercatores, ex Ianua,
Mediolano, Florentia, cęteriſque locis receden-
tes illò accedunt, ſupputationeſque faciunt cam-
bientes pro ſingulis nundinis eo modo,quo Lug-
duni fit. Eſt igitur ſatis ad intelligendum diffici-
le, quomodo poſsint cambij prætium iuſte con-
ſtituere. Nam Lugduni, cęteriſque locis vbi
perpetua ſunt mercium negocia, amplitudo, &
arctitudo, vt ſic loquar pecuniæ, quę ex nego-
ciorum, inſtitorumque copia, & raritate pro-
ficiſcitur in cauſa eſt, vt cambij valor plus mi-
nuſque augeatur, & decreſcat, quo ſane fun-
damento ſublato cambium nullum erit legitti-
mum.

Hæc ſunt, quæ vſum hunc,cambiendique modum perdifficilem reddunt, atque obſcurum. Sed priuſquam de illis iudicium feratur, quodque veritatis concludant inſpiciamus,opere prętium eſt præfati cambij iuſtitiam fundare. Quo facto omnium ſolutio, & claritas facile patebit.

De Iuſtitia cambij per literas. Cap. VI.

1 *Cambium non eſt contractus mutui.*
2 *Campſores non exercent cambium ad vitandum damnum, ſed ad lucrandum.*
3 *Non licet erigere teloneum ad fenus exercendũ.*
4 *In cãbio non operatur diſtãtia temporis, ſed loci.*
5 *Cambium non eſt locatio operarum.*
6 *Pecunia cambio expoſita traiectitia nũcupatur.*
7 *Cambium contractus emptionis & venditionis.*
8 *Numi emi & vendi poſſunt.*
9 *Pecunia ex pecunia non naſcitur.*
10 *Permutatio eſt rei preſentis non future.*
11 *Cambium ad permutationem referri poteſt.*
12 *In emptione pretium rei equari debet.*
13 *Merces abſentes vilius valent quam preſentes.*
14 *Cambij iuſtitie fundamentum eſt copia, & raritas pecunie.*
15 *Cambium fieri debet ſecundũ vſitatũ fori curſum.*
16 *Longitudo, & breuitas temporis pretium cambij non debet minuere.*
17 *Iuſtum lucrum in recambio.*
18 *In cãbio emitur valor immobilis alicuius monete.*

SI itaque præfati cambij iuſtitiam inueſtigare volumus, ne per incerta euagari contingat, ad aliquam cõtractus ſpeciem ipſum reducere opus eſt, hinc enim totius veritatis fundamentum pendet. Specie ſiquidem contractus adinuenta, an in cambio

cambio conditiones iuſtum cõtrahendi modum facientes exiſtant nec ne, facile perſpicere diiudicareque poterimus.

Quidam ergo doctores cambium mutui contractum fecerunt, primo aſpectu contẽplati, quòd is, qui cambit dat accipienti, à quo deinceps recipit, quæ ſanè mutui forma ipſa videtur. Cuius quidem iuſtitia non ab ipſo mutuo proficiſcitur, ſed ab intereſſe, cui ſubiicitur ille, qui dat, & etiã propter ſuas operas, cum domum apertam habeat, miniſtroſque alat, & ob expenſas, atque labores. Quę opinio Scoto à quibuſdam adſcribitur in 4.d.15. q. 2. ar. 2. vt illi imponit Hieronymus Lucenſis in ſuo Tractatu de Cãbiis, ſed meo quidem iudicio falsò, quoniam eo loci nihil Scotus de cambio meminit, ſed de ſolo agit mutuo, vt intuenti apparere poteſt, & præter id, quod ſuper intereſſe fundatur, ſatis certe nutans, ac labile
1 fundamentum, ob incertam, & lubricam illius iuſtitiam, opinio tum falſa eſt, tum ad rem nihil cõferens. Nam negociatores telonearij non exercent cambij artem, vt damnum vitent, ſeu intereſ
2 ſe, at lucri cauſa, ſi enim hi, qui cambium accipiunt, ad reddẽdum id ſolum quod capiunt obligarentur ſolum indemnitati eorum, qui dederunt proſpicientes, & nil amplius contribuentes, nemi nem profectò qui illis daret inuenirent. Vnde luce clarius conſpicitur, quòd nec ob intereſſe ſtipẽdij, nec laborum ars campſoria exercetur cum ob mutuũ peragẽdum exercendumq; telonea in ciuitatibus erigere nullatenus liceat, & miniſtros

patiter

pariter habere, hoc enim eſſet vſurariç prauitatis fomentum. Quanquam montis pietatis miniſtris lucrari aliquid permittitur, non tamẽ ratione mutui, ſed alia de cauſa, vt alias forte dicetur. Quapropter Gotifredus & Sũma Hoſtienſis exiſtimãtes cãbiũ hoc mutuũ eſſe ab vſura illud excuſare ignorãt, quibus & Archiep. Florent. adherere vr̃.

Sed qui ſubtiliori indagine rem ipſam intueri voluerit, cãbium mutuum minime eſſe, nec ex accipiẽtis, nec dantis parte certò videbit. Non planè ex parte capiẽtis, quoniã hic non prius dat quàm accipiat, vt in mutuo cõtingit, ſed è cõtrario prius accipit, & poſt reſtituit. Non etiam ex parte dantis, quanquam prius dat, quam recipit. Quoniam
4 in mutuo prius datur, & poſtea recipitur ratione tẽporis, at in cambio, nõ propter tempus, ſed propter loci diſtãtiam id contingit. Siquidem in vno loco datur, vt alibi accipiatur, adeo quòd per accidens tempus hic cõcurrit, cum fieri minus poſsit, vt ſtatim literis cambij confectis per Veredarios Lugdunum, aut aliò illç transferantur, propterea diſtantia temporis quçdam communi mercatorum vſu approbata exigitur, iuxta maiorem minoremq; locorũ ad quç cãbia fiũt intercapedinẽ.
5 Non eſt pariter dicẽdus hic contractus locationis operarũ, quoniã qui dat ad cambium non recipit pecunias, vt alibi eas aſportare teneatur, at potius ille qui capit eas traiicere aliò videtur, Vnde à iuriſtis traiectitia pecunia dicitur. l. traiectitia. ff. de
6 Naut. fen. & hinc forte profectus eſt terminus ille trahendi à mercatoribus vſitatus.

Qua-

Quapropter mihi permaximè illorum opinio probatur, qui cambium ad emptionis, venditioniſque contractum referunt. Qui nanque dat, tot
7 marchas emit, vt Lugduni à capiente, qui illas vẽdit recipiat. Nam ibi facit illas ſoluere. Licet enim numi rerum omnium venalium vniuerſale ſint pretium, atque menſura, neque vt ſic emi vendique valeant, ſi quidem pręcij non eſt pręcium, nec
8 regula regulæ eſſe poteſt, quemadmodum nec albedo alba eſſe dicitur, ſed eſt quo cętera ſunt alba, attamen, quo ad ſecundarium vſum emi vendique poſſunt, vti ſuperius ex Ariſt. Diuique Thomę doctrina explanatum eſt. Siq; numi locationis titulo cum lucri acceſsione contractari queunt, vt ſi ad oſtentationem faciendam accommodentur, poterunt etiam emi, & vendi. Quòd
9 ſi Ambroſium proferas dicẽtem, pecuniam ex pecunia non naſci, hoc in mutuo intelligendum eſt, non in cambio, in quo emptio, venditioque declarato modo intercedit. Quanquam non male forſan quiſpiam diceret, ſi cambio permutationis nomen, & titulum donaret. licet futura & non pręſens pecunia ſit reddenda, at permutatio proprie non eſt rei pręſentis cum futura, vt habetur l. 1.
10 C. de rerum permut. quoniam & rerum ęiuſdem ſpeciei permutatio eſſe poteſt. Quòd ſi ad per-
11 mutationem cambium referas, idem profecto ſuberit iuſtitiæ fundamentum, vt in emptione, ac vẽditione, eo quòd in iuſtitię commutatiuę equalitate firmatur, vt ex dicendis patebit. Hoc itaque ſuppoſito, cãbiendi contractum eſſe emptionis,

nis,& venditionis,illius iuſtitiam facile deprehen dere poterimus, ſi iuſtę emptionis, venditioniſq;
12 veras intuebimur conditiones. Exigit autem iuſta emptio ac venditio (vt omnes planè ſciunt) quòd prętium emptę rei equale exiſtat, quandoquidē cōmutatiua iuſtitia ſuper equalitate rei ad
13 rē conſtituitur ex quinto Ethicorū. Et quemadmodū merces longè abſentes viliori prętio quàm ſi præſentes eſſent emuntur, ob impenſas, incommoda diſcriminaque, quibus in illis traducendis ſubiiciuntur, ita pariter iuxta Caietanum, & Silueſtrum Florentiæ dari poſſunt quinquaginta & octo, vt Lugduni quinquaginta & nouem habeātur. Et quemadmodum in cambio temporibus ante actis conſueto, cum quis pecuniam campſori dabat, vt Lugduni, vt alibi ſibi numerare faceret pro inſtituendis mercibus, ſiue pro alio commodo, iuſto titulo campſor lucrari poterat, eo quòd illò pecuniam traducebat, ita pariter lucrari valebit, ſi hic det, vt Lugduni ſuam recipiat pecuniam. Nec obſtat, ſi quis dixerit, Lugduni campſorem miniſtrū habere, aut ſocium reſpondentem, qui numos in promptu habet, pro ſolutione paratos, aut quia aliis de cauſis propoſuerat pecuniam ſuam illuc tranſmittere. Sunt enim hęc accidentia, quæ neque naturam contractus variant, neque iuſtitiæ equalitatem vitiant. Quapropter ſi ſua induſtria, cui pecuniam det inuenerit, tamet ſi Lugduni transferre illam conſtituerat, etiam quòd Lugduni reſpondentes habeat commiſſarios, nihil iuſtitiæ cambij officit. Atque hic eſt

modus

modus vnus ſaluandi iuſtitię equalitatem in cambio. Qui ſane cambio illi primo loco expoſito, quo antiquitus vti ſolebant omnes, quique realiſsimus habetur optime congruit,& egregie conſonat. Quoniam in illo, qui pecuniam accipit, transferre illam eo loci, quo illi qui dedit placet ſe ſe obligat. At in huiuſmodi cambij genere,de quo nobis ſermo,non ita ſtabile firmumque fundamentum hoc videtur. Si enim in vniuerſum verum eſſet, ſequeretur, quòd ille qui Florentiæ dat emitque marcham, ob iuſtitiæ equalitatem ſeruandam, ſemper lucrari haberet, eo quòd pecunia abſens vt dictum eſt minus valet, attamen hoc non ſemper contingit, poteſt ſi quidem eſſe in nundinis Lugdunenſibus tanta pecunię copia, atque amplitudo, quòd qui ibi pecuniam tranſmittit,parum, aut nihil lucrabitur. Nihilominus pro defenſione illius fundamenti, quod à doctiſſimis affertur,obiectioni huic,quę eſt Soti reſponderi poteſt. Quoniam ſicut ſi quis minus abſentes merces emendo, quàm ſi præſentes eſſent,propter variationem, quibus merces ipſę ſubduntur damnum incurrere poteſt, ita quoque dicere poſſumus,quod & ſi Lugduni valebit marcha minoris quàm Florentiæ empta fuit, hoc per accidens eſt,vnde prædictum fundamentum non deſtruit, nempe abſentem pecuniam minus quàm pręſentem valere.

Longè tamen verius, ſolidiuſque iuſtitię cambij fundamentum illud mihi videtur,quod à So-
14 to aſsignatur,à quo neq; Caietanus diſcedit, hoc autem

autem eſt, abundantia, & caritas, amplitudo, & arctitudo pecuniæ, Vnde contingit, quòd quemadmodum in iis locis, in quibus magna eſt copia frumenti, vini, pannorum, atque aliarum merciũ, & pecuniæ paucitas, atque ideo vendentes quam plurimi, ementes autem rari, valor prætiumque minuitur. Vbi autem è contra, inopia eſt prædictarum mercium, pecuniæ vero ingens eſt copia ac plures ſunt emptores augetur prętium, ita quoque in foris, aut in nundinis, in quibus cambia fiunt, quãdo eſt pecuniæ copia, multique adſunt, qui ſuas tranſmittere pecunias deſiderant, in iis locis, per quę cambia fiunt, minoris extimatur marcha. E contra vero vbi eſt inopia, & caritas, multique reperiuntur pecuniam traiicere volentes, cariores, atque prętioſiores ſunt numi, ac proterea pauciores pro marcha emenda dantur. Hoc certe ſolidius mihi videtur fundamentum pro iuſtitia ſtabiliẽda in huiuſmodi cambio, quo omnes fere vtuntur. Exigit quippe iuſtitia, vt tantumdem ſit datum, atque acceptum. Cum igitur quinquaginta octo ſint Florentiæ data, vbi ob pecuniæ raritatem nõ ampliori prætio cambium celebratum eſt, Lugduni poſtmodum, vbi maior eſt adhuc pecuniæ raritas quinquaginta nouem valent, aut plus, erit igitur iuſtum lucrum vnius ſcuti pro marcha.

Quapropter cambium hoc iuſtitia fulciri concludere poſſumus duabus tamen extantibus conditionibus, vt Caietanus obſeruat, altera vt detur
15 ſecundum vſitatum fori curſum, in quo ex prũ-

dentium extimatione prætium ſtatuitur. Altera vero, quòd neque temporis longitudo, aut breuitas, pretium currẽs augeat, vel diminuat, vt ſi pro
16 nundinis proximis dentur quinquaginta & octo, ob temporis longioris conceſsionem quinquaginta ſeptem, aut minus dari non debent. Et hoc tanquam ſolidiſsimum principium obſeruãdum eſt, vt cambij iuſtitiam conſeruemus, nempe, ne temporis ratio, ſed loci tantum habeatur, diſtantia vero temporis tanta capiatur, quanta pro literis mittendis, proque computis inter mercatores habendis, ratiociniiſque conficiendis ſat eſt, & non ob aliud, alioqui ab vſurę labe vindicare cambium minime poterimus.

Confirmatur autem pręter rationes dictas hoc cambiendi genus autoritate complurium non ſolum Theologorum abſolutiſsimorum, vt Caietani, Silueſtri, Soti, aliorumque, verum etiam plurimorum inſignium canoniſtarũ, vt Baldi in Rub. de Conſtitut. & Archid. 14.q.3. c.1. Salic. in aut. ad hęc C. de Vſura. Ioan. de Anan. ç. Nauiganti de Vſur. Cald. conſ. 11. de Vſur. Alex. de Imol. conſ. 61. vol. 2. Iaſon de Maino ſuper l. 1. C. de ſumma Trin. à fide cat. & communiter ab omnibus approbatur.

Ex quibus apparet ſolutio ad principalem obiectionem in principio factam. Si etenim cambium pro Lugduno Florentiæ celebratum licitum eſt, licebit pariter & illud, quod de mandato illius, qui Lugdunum pecuniam tranſmiſerat ibi per Florẽtiam, aut per alium locum peractum eſt. Nam

quem-

quemadmodum Florētię cambium ad rationem ſcutorum quinquaginta octo iuxta communem fori curſum factum fuit, ita quoque Lugduni ad rationem ſcutorum quinquaginta & nouem celebratum eſt, Vtrumque profectò cambium eandem qualitatem habet,& formam. Quòd autem Lugduni marcha ſcutum vnum amplius valuerit in cauſa fuit pecunię maior raritas. Neque putandum eſt, Cambium, quod Florentiæ fit non perfici antequam ibidem pecunia redeat, nam Lugduni completur, ſtatim ac ſolutio facta eſt ab eo qui traxit, quique hic accepit. Quamobrem ſolutione ipſa facta & per ſcripturam firmata, ille qui Florentiæ cambium dedit, nihil commune habet amplius cum illo, cui dedit, ſed cum eo, cui creditum ſuum tranſmiſit, ac de illa pecunia pro ſua voluntate diſponere valet, mādando ſuis reſpondentibus, vt Hiſpaniam, Florentiam, atque aliò tranſmittant, aut quòd merces inſtituat, ſiue quidvis aliud. Quòd autem illi mandat, vt per recam-
17 bium iuxta communem fori curſum Florentiam tranſmittat, ſi contingat Lugduni pluris valere, quàm Florentiæ in primo cambio valuerit iuſte lucratur.

Verum ad maiorum eorum, quę dicta ſunt euidentiam, obſeruandam eſt, quòd in cambiis, quæ
18 per Lugdunum fiunt, ille qui dat ad cambiū emit valorem illius marchę, cuius valor immobilis permanet, quia ſemper eſt ſcutorum ſexagintaquinque illius monetę, atque ideo pro illa comparanda ſtudet,& nititur minus dare, ille vero, qui acci

pit auctiori prætio maiorique vendere curat, id quod regulariter faciunt ementes, & vendentes. Sed cum poſtmodum Lugduni fit cambium per Florentiam, aut per alia loca, ille qui dat ſemper tribuit valorem vnius marchę ſcutorum, vt dictũ eſt ſexagintaquinque, quęritque cum tali valore maiorem habere pecuniam ab eo, qui per Florentiam cambium accipit, aut per alia loca, quemadmodum per Florentiam habere ſcuta aurea in auro, per Romã ducatos de camera, per Neapolim ducatos de carlenis, & ſic per alia loca. Raritas autem pecuniæ Lugduni facit, vt ille, qui marchã Lugduni accipit Florentiæ maius prętium reddat ſicut illius copia oppoſitum operatur. Idemque & in aliis foris obſeruandum erit, in quibus ſemper ille, qui dat ad cambium emit valorem immobilem monetæ, ſicut Florentiæ valor ſcuti eſt libratum ſeptem cum dimidia, & cum his ſcutis emuntur marchę Lugduni, & Romæ ducati de camera, & Neapolis ducati de carlenis, ſicq; in aliis locis, iuxta monetarum diuerſitatem, vnde literę cambij, quę pro Lugduno fiunt dicunt, ſoluite tot ſcuta de auro, pro valore tot marcharum.

Solutiones dubiorum, quæ in quinto capitulo fuerunt propoſita. Cap. VII.

1 *Cambium ad finem honeſtum, & ad communem vtilitatem referri poteſt.*

2 *Laudabilius lucrum in mercium negociatione, quàm*

quàm in cambiis.

3 *Cambium ſiccum eſt mutuum palliatum.*

4 *Cambium ſiccum per decretalem Pij V. reprobatur.*

5 *Cambium per literas maiori ſubſtat periculo.*

6 *Lucrum eo iuſtius quo incertius.*

7 *Campſor dans ad cambium ſibi numerare poteſt & pro alio trahit.*

8 *Campſor poteſt dare ad cambium egenis non habentibus Lugduni, aut vbi fit cambium.*

9 *Cambium ſine literarum miſſione non eſt exercendum vt expenſę vitentur.*

10 *Cambia varietatem monetarum ſemper habent.*

11 *Cambium non fit per Lugdunum per emptionem marchę ſed vnius centenarij ducatorum.*

12 *Cambium non poteſt certum lucrum ſperare.*

13 *Campſores qua de cauſa prętium cambio conſtituant.*

14 *Campſorum impietas in monopoliis.*

15 *Campſores dantes non iniuſte lucrantur etiam ſi vt plurimum lucrentur.*

16 *Campſores non ſemper in principio minus dant, quàm in medio & in fine nundinarum.*

17 *Campſores quare in principio nundinarum minus dant quam in medio & in fine.*

18 *Campſores quare in principio nundinarum dant, & in fine capiunt.*

19 *Cambij tempus ſecundum locorum maiorem minoremque diſtantiam determinatur.*

20 *Cambiorum Lugdunenſium nundinę quattuor in anno.*

21 *Collibum ſeu prouiſionem campſores capiunt.*
22 *Campſores duplicem capiunt prouiſionem pro capitalis aſſecuratione.*
23 *Campſores licite cautionem accipiunt ab accipientibus.*
24 *Cambire ſuas pecunias quilibet poteſt etiam non mercator, ſed non prouiſiones accipere.*
25 *Cambire poteſt aliquis omnes ſuas pecunias.*
26 *Cambire per duas nundinas illicitum eſt.*
27 *Cambire per loca vicina eiuſdem regni an liceat.*
28 *Cambium per Biſuntium obſcurum & difficile.*
29 *Cambiorum per Biſuntium iuſtitia difficile apparet.*
30 *Cambium per Biſuntium non fit ad interrupta pretia.*
31 *In Cambio per Biſuntium quare pecuniæ deferuntur à quibuſdam.*
32 *Cambium per Biſuntium non fortuitum, ſed arbitrarium.*

Reliqvvm eſt modo ad propoſitas redire ambiguitates, vt quid aduerſus determinata concludāt, quid vero non inſpiciamus, ſimulque ex illarum reſolutione vſitati cambij iuſtitia, dictorumque veritas amplius manifeſtetur.

Quò igitur ad primam propoſtam dubitationem ſpectat, eo quòd videbatur in præfato cambiendi genere nullum inueniri finem honeſtum, neque etiam mercationum commodum, at lucri tantùm intentionem ineſſe. Reſpondetur illud certe cambium non mercium commodo, ſed

lucri

lucri gratia inductum fuiſſe, non tamen ab illo de ſciſcit, neque declinat, quin à bona contractantis intentione ad eum referri non poſsit, cum etiam vtilitas inde mercaturę proueniat, dum multi induſtrij non habentes in bonis; alienis negociantur pecuniis, quod ſanè nō abſque & ciuitatum, & prouinciarum emolumento commodoq; transſigitur, cum contractantium, inſtitorumque multitudine abundantes conſeruentur. Et quanquam compluribus, qui alieno ære negociantur aduersè eueniat, vt qui intereſſe præmuntur, nihilominus ipſum Reipublicę corpus commodum non mediocre ſentit. Neque etiam illi qui temere non audent tali, tantoque ſe diſcrimini exponunt, vt & honoris, & vtilis iacturam faciant, ni forſan infortunio, aliiſque, quę præuideri non poſſunt accidentibus in ſcopulum offendant, & decoctionē faciant. Verum huiuſmodi accidentarij caſus, neque legem cōficiunt, neque regulam ſtatuunt, longè vero laudabilius eſſet, maioremque in vniuerſum vtilitatem afferret, ſi in mercibus negociatores pecunias exponerent. Nam præter id quòd ſolidius eſſet lucrum, & ſcrupulis carens in conducibilioribus exercitiis, & ciuitates & caſtra, & rura omnia detinerent, ac proinde rebus omnibus vitę neceſſariis abundarent. Sed his temporibus pauci, & ditiſsimi pecunias fore omnes congregant atque abſorbent, qui quidem lucrandi cupiditate ducti negociis prætermiſsis, omnem curam, cogitationemque in cambiis collocant, reliquis autem in pauperiem, & inopiam re-

dactis temporibus vero tranſactis, cum homines negociis mercium intenti magis eſſent, quilibet pro ſuo ſtatu, graduque ſatis diues erat. Atque ideo equiore lance pecunia diſtributa erat, cum hodie pauci locupletiſsimi, quamplurimi vero egeni. Qua de re ſcite dictum fuit & appoſite à quodam ingenuo. Qui ſe cambit non eſt idem amplius, & qui ſibi marcham imponit, ſignatus relinquitur.

Quò vero ad ſecundam attinet dubitationem, quæ ſanè multos torquet, etiam ex his, qui cambiendi artem profitentur, ſi quis præexpoſitum cābium rite animaduertit, diuerſitatem inter ſic-
3 ca, & realia cambia facile intuebitur. Nam in ſicco nulla prorſus eſt cambij forma, ſed mutuum cambij pallio obtectum, cum neque debitum, neque creditum eò, quò cambium fit tranſmittatur, ſed eò loci, vbi celebratur accipitur, & redditur. Nec valet illatio, eſt idem effectus, ergo eſt idem cambium. Dicam enim & ego, Idem eſt lucri effectus in iuſto contractu, & perindè in vſurario, nunquid propterea vterque licitus erit? Idcirco ſancto magnoque iudicio, cambia hæc
4 ſicca per decretalem Pij V. in quibus literæ non mittuntur omnino reiiciuntur, quoniā in illis nulla eſt cambij forma, forma autem abeunte rei tota ſubſtantia perit. Adde quòd cambium per litera multis ſubiacet periculis. Nam qui ad cambium dat, non ſolum ſubit periculum eò loci, vbi
5 dat, ſed etiam vbi tranſmittit, eò quod illi quibus ſuā credit pecuniam decoquere poſſunt. Si autem

literę

literę non mittuntur, qui dat vnius tantũ perſonę periculum in ſe ſuſcipit illius nempe, cui pecuniã dat ad cambium, omneſq; non ignorant lucrum
6 quò incertius eò iuſtius eſſe. Pręter id, quòd ex hoc ſicco cambio nulla mercium communis vtilitas ſperari poteſt, ſicut quando literę mittuntur debitum, creditumque Lugdunum tranſmittitur, vbi complures ob negocia ſua peragenda, de illis pecuniis diſponere poſſunt, id quod non accidit, quando abſque literis ad cãbium accipitur; ſed ſola conuentione habita, vt tantumdem reſtituatur, quãtum cambia per Lugdunum fuerint, quod vſura eſt manifeſta, atque ideo per Pij V. conſtitutionem damnatur.

At tertia difficultas ex ignorantia exitus præ expoſiti cambij oritur. Imaginantur enim nonnulli, numos, qui Florentiæ ad cambium dantur tunc reſtituendos fore, cum ex Lugduno literę ve niunt, quod falſum eſt. Nam Lugduni virtute literarum iam confectarum recipiuntur. Quòd autem illi poſtea Florentiã aſportentur eſt ob nouũ cambium, quo iterum tranſmittuntur, & ex quo prouenit lucrum, eo quòd Lugduni ob pecuniæ raritatem auctius fuit cambij pretium. Neq; etiã
7 turbare debet quòd is, qui dat ſibi numerat, & pro illo qui accipit debitum trahit, eo quòd Lugduni nullũ habet cõmercium, neq; reſpondentiã in negocio. Idem nanque eſt, qui duas agit perſonas & dãtis, & capiẽtis, pro ſe dat, & remittit, pro alio capit, & trahit, totumq; id agit, quod tertius ageret; nec vitiat cãbij naturã, quia ex tali modo

vitantur

vitantur expenſæ proxonetarum, qui inter cambientes mediatores ſunt. Vituperant aliqui eos, qui egenis dant ad cambium, modum ſoluendi Lugduni non habentibus. Quemadmodum ſi quis à paupere ruſtico boues, quos nõ habet ficte emeret, illique locat, id quod impium eſt, atque vſurarium. Cuius opinionis Soto videtur, allegans Silueſtrum in verbo Vſura cap. 4. §. 9. Nihi-
8 lominus idem Silueſter paulo inferius in eodem §. reiicit hanc opinionem, affirmans, quòd quoties aliquis ſecundum iuſtitiæ equalitatem emit ab illo qui vendere licite poteſt, hoc ſat eſt ad iuſtitiam emptionis, neque tenetur emptor ſcire an venditor rem illam abſq; intereſſe poſsideat nec ne, dum modo licite illam poſsideat. Neque eſt ſimile inquit Silueſter de bobus. Nam ruſticanus ille nec boues habet, nec habere poteſt, at hic qui cambium accipit, & vendit, poteſt Lugduni numos quos ibi vendit habere, licet intereſſe, & expenſas patiatur, de quibus ipſe cogitet, hoc enim danti ad cambium iuxta currentia prætia imputari non debet. Quòd ſi quis interroget. Non ne ſatius eſſet, vt egenis pecunia hoc pacto daretur, vt recipiatur poſtea tantum, quantum cambium lucraretur, vt ſic vitentur expẽſę prouiſionumq;.
9 Reſpondetur, hoc vtique tolerari poſſe, quando campſor ſubiret intereſſe lucri ceſſantis, eo quòd pecunia ex negociatione dimouetur, vt egenti ac comodetur. Sed tamen hoc non eſſet in praxim deducendum, ne via fraudibus vſurariis aperiatur.

Quartę

Quartę vero dubitationi reſpondetur, In omnibus cambiis ſaluari monetarum diuerſitatem, aut quo ad ſubſtantiam intrinſece, aut ſaltem extrinſece reſpectu loci. Primo modo declaratur.
10 Quoniam Florentiæ fiunt cambia datis ſcutis aureis in auro. Romæ vero tot ducatis de camera. Neapoli tot ducatis de carlenis regni. Venetiis tot ſcutis currentibus, vt Lugduni marcha aurea ſcutorum ſexagintaquinque illius monetæ recipiatur, aut Caſtellę tot marauedinos pro ſcuto vel ducato. Ita pariter Ianuę, Antuerpiæ, Londini, tot ſolidi ſuarum monetarum tribuuntur, vt habeatur ſcutum vnum marcharum Lugduni, aut tot marauedinos Caſtellę. Atque ita è contrario Lugduni datur marcha ſexagintaquinque ſcutorum, vt Florentiæ tot ſcuta aurea in auro accipiantur, Romæ tot ducati de camera, Venetiis tot ducati currentes, Neapoli, Antuerpię, Londini datur vnum ſcutum de marchis, vt habeantur tot ſolidi illius monetę. Vbi apparet realis, & intrinſeca diuerſitas monetarum. Sed dato, quòd cambium fieret ęiuſdem monetæ, inuenietur ſaltem diuerſitas extrinſeca accidentaria reſpectu loci, & hoc ſufficit. Quoniam mille ſcuti Florentię, valebunt plus Lugduni, ob maiorem pecunię raritatem, vti expoſitum eſt.

11 Hic autem adnotare libet, quòd in Lugdunenſi cambio his proxime temporibus non fit cambium ad rationem marcharum, vt ſupra declaratum fuit, ſed mercatores ex communi condicto cambiunt ad valorem centum, ita quòd emitur

vnum

vnum centenarium illorum ſcutorũ, & non marcha ſexagintaquinque, quod forte fecerunt, ob faciliorem ſupputationem faciendam. Sed hoc nihil refert quantum ad cãbij iuſtitiã,& veritatem.

12 Quòd vero in quinta dubitatione affertur nemini ſane moleſtiam facere debet, quoniam & ſi Lugduni marcha ſexagintaquinque ſcuta immobiliter valeat illius monetę,nihilominus illius monetæ valor augetur,& diminuitur ob multa accidentia, adeò quòd ille, qui ibi tranſmittit non poteſt certum ſperare lucrum,& cum præterea illuc tranſmiſerit, vt per aliud cambium recipiat nullum pariter certũ lucrum expectat, ac propterea iuſte lucrabitur, licet minus Florentiæ tribuat, cum ibi pecunia pluris extimetur, ex quo realiter ſecundum fori curſum dederit.

Quòd etiam mercatores de communi conſenſu prætium conſtituant in die,quo fit ſupputatio, quemadmodum in ſexta dubitatione adducitur iniuſtitia caret,ſi fraus abſit, & dolus. Nam ipſa die ſunt qui tranſmittunt,& qui trahunt,& priores quidem minoris pendunt,atque extimãt, qui vero trahunt prætium augere cupiunt. Quapropter opus eſt ad equalitatem quãdam, medij prętij abſque dolo reducere.

13 Fit autem communi mercatorum conſenſu prætij extimatio propter eos, pro quibus ſibi ipſis numerando trahunt, ne ſi pręter cõmune pręciũ cãbierint ſibi imputetur. Vnde ad tollendã huiuſmodi ſuſpicionem eo die prętium ſtatuitur, ac propterea plures antea ad rationẽ pręcij conſtituendi cambiunt. Impiiſsimum

autem,

autem,& ab omni equitate alienum eſſet,ſi vnus,
14 aut plures per viã monopolij, omnem pecuniam in foro acciperent, vt poſtea ad libitum prætium ponerent. Eodem pariter crimine polluuntur, hi qui aſtu,& dolo raritatem pecuniæ in foro procurant, vt prętium varient. Quapropter alij qui cambire volunt hos imitari non debent,vt ad prętium ab illis ſic impoſitum cambiant, quanuis huic iniuſtitiæ operam minime dederint.

Neque cambij naturam maculat,ſi vt plurimũ dantes lucrantur,rarò vero damnũ ſentiant. Nam vt inquit Caietanus in ſuo tractatu de cãbiis c. 7.
15 quotieſcunque res aut pręſens, aut abſens iuſto venditur prætio, contractum minus vitiat,ſi vel emptor, vel venditor iacturam facit. Cum ergo contractus hic ſit emptionis, & venditionis, ſi iuſto currenti prętio venditur, non iniuſte lucratur emptor, etiam ſi vt plurimum lucretur.

At magis ardua videtur illa dubitatio, qua nã iuſtitię ratione hi, qui dãt ad cambiũ,in principio nouarum nundinarum minus dant, in medio audio autẽ,& prope finem plus tribuunt, quaſi temporis longitudo,& breuitas in cauſa ſit. Reſpon-
16 detur autem, non ſemper in principio minus dari, quàm in medio, & in fine, quia & oppoſitum quandoque contingit, vt cum propè finem magna pecuniæ copia adeſt. Vlterius ſatiſque rationabiliter dicitur hoc ex temporis longitudine breuitateque minime vſuuenire, ſed quia in principio cum tempus ſit longius, multo plures venditores capientes ad cambium reperiuntur.

Hi

Hi etenim in principio libentius capiunt, vt longioris temporis beneficio potiantur, vtque recepta pecunia negocia ſua commodius tranſigere valeant. Quò fit, vt ementes, danteſque pauciorem dent pecuniam. Cum autem tempore ſuccedente prope nundinas pluribus extantibus emptoribus quàm venditoribus carius venditur, plures nummi dantur. Longitudo igitur temporis non cauſa, ſed occaſio eſt, vt exiſtentibus pluribus venditoribus capientibus minori ematur prætio, ſicut & temporis breuitas facit, vt exiſtentibus plurimis emptoribus, paucioribuſque venditoribus prętium augeatur.
17
18 Quòd autem iidem, qui in principio dederunt, in fine poſtea capiant non eſt iniuſtum, ſed mercatorum induſtria, qui cum præuideant pecuniam Lugdunum tranſmiſſam in iis nundinis nō pretioſam eſſe futuram ob illius abundantiam, vt in tuto ſe ponant ad cambium capiūt, aliquid plus lucrari volentes, quàm periculosè exponere damno incurrendo, ex pecuniis Lugdunum tranſmiſsis. Quod ſane induſtrię
19 eſt. Hic autem eſt animaduertendum, quòd tempora ſolutionum expectatarum, iuxta maiorem, minoremque locorum, pro quibus fiunt cambia diſtantiā determinanda ſunt. Quando etenim remotiora ſunt loca lōgius requiritur tempus. Nec temporis ſufficientia requiritur tantum ad literas mittendas, ſed ob mercatorum commoditatem, vt pro ſolutionibus ſtatuto die faciendis pecunias præparent: Quemadmodum ex Florentia per Romam, diebus decem poſt literarum præſentationem

nem ſolutiones fiunt. Per Venetias quinque diebus poſtquam literę viſę ſunt. Per Neapolim diebus viginti, poſtquam factæ ſunt literæ. Per Antuerpiam duobus menſibus literis factis. Per Londinum tribus menſibus, ita vſu communi conſenſu, & principum autoritate obtinente. Sed Lugduni, & Caſtellę, vbi celebrantur nundinę, quater in anno ſolutiones fiunt iuxta quattuor nun-
20 dinas. Primæ autem nundinæ Lugdunenſes ſunt poſt dominicā reſurrectionis diebus octo. Secundę prima die Auguſti. Tertia poſt dies octo omnium ſanctorū. Quarta diebus octo poſt Epiphaniam, omneſque quindecim vtilibus diebus, qui communiter vſque ad vigintiquinque dies aſcendunt, cum earum franchigiis durant, & poſt duos dies cambiorum ratio habetur, & ſolutiones fiūt, licet quandoque regis iuſſu differantur.

At prouiſionem à gręcis collibum appellatam, vnde campſores collibiſtæ dicūtur, vti Budeus ad
21 notauit in l. vltima. ff. de pig. act. & Cic. in quinta Verr. quam ſecundum communem mercatorum vſum telonearius accipit, qui pro reſpondentiis domum habet apertam, qui in dubium reuocet offendi neminem, cum hoc in publicam vtilitatem commodumque referatur, dummodo iuſtitię ſignum non tranſeant, atque in hoc communi mercatorum arbitrio ſtandum eſt. Neque etiam
22 capitalis aſſecuratio damnanda eſt, ſi dupla datur prouiſio, cum & in aliis contractibus huiuſmodi aſſecuratio fieri poſsit, dato iuſto prætio, ex communi mercatorum conſenſu.

Et-

Et quanquam apud aliquos, qui de cambiis ſcripſerunt legi, eum qui dat ad cambium non poſſe neque pignus, neque cautionem vllam accipere, huius tamen rationem non videre fateor. Non enim hic eſt ſocietatis contractus, in quo am-
23 bo ſocij, & lucro, & damno ſubſtare debet, ſed vt ex ſupradictis patet emptio eſt, & venditio. Quò fit, vt quemadmodum qui emit cautionem à venditore accipit abſque vllo conſcientiæ ſtimulo, ita pariter qui emẽdo tot marchas dat ad cambium Lugduni cautionem petit, vſque quo ibi ſoluantur, quod nullam proculdubio iniuſtitiam præ-ſefert.

Nec etiam euidens illorum ratio apparet, qui arbitrantur ſolis mercatoribus cambientibus lucrari licitum fore, cęteris vero nequaquam, ſi nanque de prouiſionibus, quas mercatores ex ſupradictis cauſis accipiunt hoc intelligunt, verum aiunt, quod aiunt, vt Caietanus affirmat, & Laur. de Rodulph. de Vſur. c. conſuluit, & Archiepiſc. Floren. 2. p. Tit. 1. §. 4. Conr. de Contr. q. 99. & eſt communis opinio, iuxta Silu. Verbo Vſura cap. 4. §. 7. licet Soto teneat quemlibet ad cambium minutum lucrari poſſe de Iuſt. & Iur. q. 9. ar. 1. quem ſequitur Didacus à Couarr. de numiſmate cap. 9.
24 q. 3. Si autem intelligunt ſolos mercatores poſſe proprias cambire pecunias, cæteros vero minime ſine vlla prorſus ratione dicitur. Plurimi nanque priuati mercaturę minime idonei pecunias ſuas iuſte, ac licite in cambij negotio exercerę valenț,
25 ac proinde lucrari. Neque damnandi ſunt ij, qui

omnes

omnes ſuas pecunias in cambiis implicãt, abſque vlla mercium contractatione quoniam ſi pecunię partem in cambio exponere licet, quid vetat omnem? magis enim & minus ſpeciem non variant. Quanuis laudabilius, & publicis rebus conducilius eſſet in mercium contractatione pecunias exponere.

Cambire vero per duas nundinas, aut per longius tempus, ita vt pauciores dentur numi illici-
26 tum eſt prorſus, atque iniuſtum, emitur enim in tali caſu tempus ipſum, eo quòd ille qui dat minoris iuſto currenti prętio emit, vt longius expectet tempus, quod vſura eſt dubio procul. Vnde omnes ingenui campſores pro nũdinis proximis non pro ſecundis, neque pro tertiis cambiunt.

Neque etiam illorum fundamentum ſtabile videtur, qui cambia per loca viciniora ęiuſdem regni damnant, cuius opinionis videtur Soto lib. 6.
27 de Iuſt.& Iur.q. 13.ar. 1. Nam experientia ipſa docet per vicina etiam loca ęiuſdem regni poſſe variari pecuniæ prętium ob raritatem & copiam illius. Quocirca per eiuſmodi loca iuxta legittimos præexpoſitos modos cambire non dedecet. Licet maior iuſtitiæ ratio appareat in cambiis quę ad loca diſtantia celebrantur.

Reliquum eſt vltimam contueri dubitationem ob cambia, quæ per Biſuntium cęteraque loca, in quibus negocium non viget non multis retro annis fieri conſueuerunt. Hoc etenim cambium ſápientibus difficultatem non modicam ingerit. Quoniam marchę aut centenarij valor ex natura

negocij non videtur rite cõſtitui ac præfigi, quemadmodum in iis cambiis, quæ per alia loca fiunt, in quibus eſt mercium realis, & vera contractatio, & commercium negociatorum, ſed potius ex contrahentium arbitrio dependere videtur. Nihilominus ſupradictis inherẽdo, quòd cambium hodie arte, & negocio exercetur, abſque eo, quòd principali intentione ad mercaturæ ſcopum referatur, tolerari forte poſſent prædicta cambia, ni eſſent inducta in fraudem vſurarum ad obtegenda depoſita, quæ in Gallia fieri cęperuut. In his etenim locis, in quibus principum autoritate erecta ſunt fora, & nundinę ad cambium exercendũ iiſdem legibus, atque ordinibus, quibus Lugduni inſtitutæ fuerunt contingere poteſt, vt pecuniæ valor plus, minuſue valeat ob abundantiã, vel raritatem illius, id quod iuxta prędicta, cambium iuſtificat. Neque huic obſtat cambij antiquitas, vel nouitas. Et licet in locis prædictis non ſit merciũ contractatio, ſicut Lugduni, Antuerpię, Hiſpanię, atque alibi, attamen, quia multis commoda, vtiliſque eſſe poteſt pecunia illò tranſmiſſa ob negociationes, & commercia, poteſt etiam hoc cambium ad commune bonum referri. His tamen non obſtantibus, videant, & animaduertant illi, qui ſic cambium exercent, vt recta incedant intentione, ne auaritiam, iniuſtitiamq; ſub hoc tegumento cooperiant. Eſt enim hic cambiendi modus valde ruinoſus, & laqueos inſtruit animis paratiſsimos, ad æternam damnationem promerendam. Quòd enim paulo ante dictum eſt, cambiũ

biſua-

biſuntinum mercium contractationi inſeruire ,
propter eos, qui de pecuniis ſuis diſponere volūt,
& item propter illos, qui de eiſdem ſibi prouide-
re cupiunt,animaduertant ſic dicentes, quoniam
ſi pecuniam ſuam in cambiis exercere volunt, in
locis vtique hoc efficere debēt,in quibus cambia
vera,atque realia fieri conſueuerunt, non autem
in illis, in quibus apparentia,& ficta potius cam-
bia fieri videntur. Neque enim coguntur acci-
29 pere,aut dare ad cambium per Biſuntium. Præ-
terea in huiuſmodi biſuntinis nundinis difficile
eſt inſpicere fundamentum verum iuſtitiæ cam-
bij, copiam nempe,atque inopiam pecuniæ, quæ
copia, atque inopia cambij prætium augent, ac
diminuunt, quemadmodum ex præhabitis con-
ſtat. Cum etenim nulla ibi exiſtat mercium em-
ptio, & venditio, aut contractatio, ex voluntate
& arbitrio mercatorum,& non ex negocij natura
prætium cambio conſtitui videtur. Quapropter
recte conſideranti, huiuſmodi contractandi mo-
dus nil aliud profecto videtur, quàm pecuniam
dare,atque accipere ad trium mēſium terminum
ſub intereſſe,quod ſanè ex voluntate,atque arbi-
trio pendet illius conuenticuli viginti, aut vigin-
tiquinque mercatorum, inter quos maior eſt Ia-
nuenſium numerus, pauci vero Mediolanenſes,
ac Etruſci,qui quidem nundinas in diuerſis cele-
brant locis. Iure itaque dubitant plerique de hu-
ius cambij iuſtitia, propterea quòd fundamento
careat. Non ſic euenit in locis, foriſque, in qui-
bus eſt mercium negociatio, in his enim vbi plu-

rima peracta ſunt cambia ad varia prætia ex omnibus iem cōſtitutis prætiis vnum communi mercatorum conſenſu ſtatuitur, & iuxta illud ij qui alienas cambiunt pecunias ſibi ipſis numerare iu-
30 ſte poſsint. Id quod Biſuntij vix contingere poteſt, cum ibi cambia non fiant ad plura interrupta & diuerſa prętia, verum ad illam rationem, ſeu ad illud prętium, quod à mercatoribus conſtituetur, adeo quod cambia antea peracta non exiſtunt regula pro prætio conſtituendo à mercatoribus de communi illorum conſenſu, at prætium ab illis firmatum operatur, atque efficit cambia, iuxta tale prætium. Hoc autem ex duobus proficiſcitur. Primum quoniam ibi non fiunt cambia ad rationem prætiorum antea factorum, ſicut in aliis foris. Alterum quoniam pecuniæ abundantia, & caritas non eſt naturalis, vt.s. ex natura negocij proueniat, verum violenta videtur, & artificio procurata, non fortuita. Nam in dictis foris ac nundinis non aſportantur, niſi cedulę cambiorum, quę ſecum debitum, & creditum trahunt, adeo quòd eadem eſt tum trahēdi pecunias, tum
31 illas pariter remictendi neceſsitas. Quod autem quidam pecunias ipſas illuc deferunt multoties; hoc vim ipſi naturę cambij inferre videtur, & prętiorum equalitatem violare, modò illa augendo, modò attenuando, vti libet iis paucis qui plurimorum facultates cōtractant, qui re vera ad paucos reducuntur. Nam quando rationem faciunt per Florentiam, Florentini prima habent vota. Quando per Mediolanum rationem cōſtituunt,

Medio-

Mediolanenſes primi ſuum proferunt calculum. Si per Ianuam Ianuēſes, poſtmodum ſubſequuntur aliæ nationes, Vnde contingit quod hi, qui Florentiæ negocium non habent ad Florentinos,
32 vt plurimum ſe referant. Ita pariter, qui Mediolani non negociantur, ad Mediolanenſes ſe referunt, & ſic de Ianuenſibus. Pro aliis vero locis, primi vocem habentes ſunt Ianuenſes, poſtea ſubſequuntur cæterę nationes. Liquet igitur prętium in Biſuntino cambio ſuper ordinario, ac naturali curſu negocij non fundari, ſicut in cęteris foris, ſed ſuper nuda contractantium voluntate, qui pauci ſunt. Quæ ſane voluntas hoc tantum freno coercetur ne plus nimio in prætio conſtituendo excedat, vt debita illorum qui accipiunt perſeuerare poſsint, & ſimiliter, vt credita illorum qui dant ad ipſos redeāt, ac remictantur, ita quod non augeant tantopere prætium, vt negocia derelinquantur, ſic enim non lucrarentur prouiſiones. Nec ſat eſt dicere prætia in dicto foro idcirco iuſtitiæ terminos non excedere, quoniam in ratione facienda adſunt tam capientes, quam dantes, eò quòd vbi creditum remictitur, ibi quoque debitum trahitur. Hoc nanque minus ſaluat iuſti prætij fundamentum, vbi pecuniæ copia, atq; inopia ex natura negocij non proficiſcitur, & ex fortuito caſu eorum, qui plures, paucioreſque ſunt, aut cupientes, aut dantes, cuius ſane rei nullum aliud fundamentum ſubeſſe poteſt, quàm ipſa negociatio merciumq; contractatio, quę quidem copiam & raritatem illam efficiunt,

non autem campſorum voluntas. Quòd autẽ pecunia illò aſportetur vim potius inferre videtur, quàm quòd naturalis ſit copia, & raritas prædicta: Quę ſane ex maiori, minorique contrahentium quantitate procedere deberet, nempe inſtitorum, qui merces,& vendere, atque emere cupiunt,& non illorum,qui numeratam in foro pecuniam ſtudioſe deferunt,ne ad cambium accipere cogantur. Videtur præterea abuſus non modicus, quòd cum in prædictis foris cambia non fiant interruptis,vt aiunt, prętiis, & inequalibus, ſed ad illud prætium,quod in ratione ponenda, à mercatoribus conſtituitur, difficile pòteſt conſtitui iuſtitia prætij, quæ ex interruptis prętiis ſumenda eſſet, quemadmodum in aliis foris contingit, in quibus ex prętiis interruptim à pluribus factis accipitur prętium ex communi conſenſu mercatorum ad cuius rationem cambiuntur aliorum pecuniæ. Quòd ſi ad arbitrium mercatorum prętium ſtatuatur, plurimi forte, qui pecunias traiicere indigent ad prætia valde exceſsiua capere coguntur, non abſque ſuorum commictentium detrimento,& damno. Poſſunt etiam de facili impie agere,qui prætium conſtituunt,eo quòd lucri cupiditate illecti per illa loca in quibur remictere habent prætium augent,pauciorem tribuendo pecuniam,quo contra, pro illis locis in quibus trahere debent, prætium diminuunt. Et quanquam in ponendo prætio omnes nationes concurrunt, attamen ad paucos refertur negocium, eò quòd cęteri, qui per illa loca non tractant, ad eos ſe referunt,

runt,quę in illis locis contractant, cum in eis nullum habeant negocium. Vnde facillimum illis eſt pro ſuo arbitrio, ac voluntate prætium ſtatuere.

Præterea recte conſideranti,negocium hoc ni-
12 hil fortuiti habere videtur, quin in totũ videtur arbitrarium,propterea quod dantes ad cambium fere ſemper lucrantur,vtque à ſenioribus fide dignis accepi, ab annis quadraginta ex quo cambiũ iſtud per Biſuntium incepit, ſemel tantum perdiderunt dantes. Quin etiam in prætio conſtituendo, licet numorum & pecuniæ copia ingens reperiatur,curant tamen ſemper vt ij,qui ibi pecunias ſuas remiſerunt lucrẽtur aliquid, ac deſeratur negocium, neq; prouiſiones amittant. Hoc idem facile ſuaderi poteſt, quoniam mercatores ipſi,qui ibi conueniunt ad rationes cõficiendas, priuſquã ex eorum domibus diſcedant, ſciunt, licet non per exactam certitudinem, tamen per euidentes coniecturas,prętium,ad quod cambia celebranda ſunt in proximis nundinis. In rebus autem humanis certitudo probabilis,& quæ vt in pluribus contingit ſufficit, in quibus planè exacta certitudo minime requiritur. Ac proinde,parum aut nihil fortuiti contingentiſque habere videtur cambium iſtud, at præuiſum,præmeditatumque ſatis apparet. Redditur inſuper ſuſpectum negocium hoc, propterea quod in nundinis prædictis Ianuẽſes longe plures concurrunt, quàm ex aliis nationibus, ex quibus vt ſupra dictum fuit pauci adueniunt. Quæ quidem res in ſuſpitionem adducere poteſt,ne ipſi Ianuenſes inter ſe cõueniant in alio-

rum præiudicium, atque iacturam. Et licet ex Ianuenſibus reperiantur & qui capiunt, & qui dant ad cambium, & inter ſe, & cum aliis exterarum nationum, adeò quòd non ſit timendā illicita conuentio, & monopolialis, attamen facile conuenire poſſunt in damnum præiudiciumque illorum quorum pecunias cambiunt, ſibi ipſis numerando, prout ſuperius expoſitū fuit, quibus forte ſat erit efficere, vt qui ad cambium dederunt aliquid parum lucrentur, vt ſic capientes minus grauentur, ac proinde tota illorum cura, & diligētia huc tendunt, quòd negocium in ſuo virore permaneat, ad hoc vt prouiſiones lucrentur. Atque idcirco artificioſa, & voluntaria pœnitus hęc contractatio videtur, cuius euentus ex humano potius arbitrio, quam ex fortuito caſu, atque ex ipſa natura negocij pendeat. Hinc etiam patere poteſt, quàm facile in hoc negocij genere ſit in monopolium incidere. Poterunt nanque tres, vel quattuor principaliores conuenire, qui per vnum forum contractant, qui pro ſuo arbitrio prætium cambio imponent, reliqui vero, qui eò loci nil prorſus commercij habent ad illos ſe referent. Quemadmodum etiam in quibuſdam foris contingit, in quibus tres, aut quattuor cābia ſuo modo verſant ac regirant, dum & copiam, & raritatem pecunię ſimulant, & procurant. Quòd quam licitum exiſtat iudicet qui poteſt. Videant igitur prudentes lectores quàm periculoſa ſit huiuſmodi per Biſuntium contractatio. Quòd ſi quis afferat, iiſdem propè modis exerceri cam-

bium

bium apud Lugdunum,& in aliis locis, eo magis dolendum eſt,& congemiſcendum pro tanta corruptione, quæ vbique iam inualuit. Siq; Paulo Apoſtolo docente non ſolum à malo abſtinendū nobis eſt, verum etiam ab omni mali ſpecie,abſtinendum quoque erit ab illo contractandi negocio,in quo adeo ingens, ac patentiſsimum iniuſtitiæ cernitur periculum, vt vix ſiſtere pedem valeamus ne in abrupta præcipites feramur. Qui enim diligit periculum in illo peribit, ait ſapiens. Et hæc ſatis dicta eſſe velim pro ſolutione eorum, quæ contra cambia adducta erant.

Monitio ad Lectores. Cap. VIII.

1 *Campſorum auaritia ſumma in pecuniarum ſuarum cambitione.*
2 *Depoſita Lugduni damnata.*
3 *Capientes ad cambium magnam pecuniã vt principibus mutuent.*
4 *Nemo neceſſitate adactus præſumitur liberalis.*
5 *Campſores non debent dare ad cambium luxurioſe viuentibus.*
6 *Non ſat eſt non agere contra iuſtitiam,ſed etiam non agere contra charitatem.*
7 *Luxus & pompa ſeculi.*
8 *Auaritia prodigalitate fouetur.*

QVAN-

QVanqvam verò ex dictis conſueta cambia ad iuſtitiç normam modo,quo fieri potuit, tam ſecundum moralis philoſophiæ principia, quàm iuxta Theologiæ veritatē redacta fuerunt, attamen, cum hoc negocium ſcopuloſum, ſpinoſumque ſit, multis vndique periculis ruinoſum, & qui ſincera, puraque intentione non ambulant extra iuſtitiæ ſemitam de facili exeunt; Idcirco curare maxime debent huiuſmodi campſores, quomodo caute ambulant, cum apud homines, tum potiſsimum coram Deo, qui cogitationum textis eſt,& iudex. Nam & ſi videantur quandoq; recte in hominum conſpectu, & ſecundum humanæ iuſtitiæ leges incedere, poteſt nihilominus animi intentio deprauata exiſtere,atque polluta, cum plurimi nullum ſibi alium finem, præter lucrum prçſtituant, cum omnem curam, operam,cogitationemque theſaurizandi in terris collocarint, de quo à Chriſto, & ab apoſtolo arguimur, atque monemur. Ex hac ardentiſsima lucri cupiditate multa malefacta ſçpenumero proueniunt,quçque iuſtitiam corrumpunt. Hinc etiam modus iſte profectus negocij eſt,quo multi pecunias ſuas in continuis cambiis verſant,atq; regirant, & per omnia mundi fora abſq; vlla reali mercium contractatione tranſmittunt. Et licet tale cambiendi genus tolerari poſsit, ex his, quæ prædeclarata ſunt, auidç tam mentis expreſſum eſt inditium, ac diuinis præceptis minus conſentaneum; Vnde etiam contingit, multos modis turpibus,atque nephariis conſentire, dum aut mi

noris

noris currenti forenſi prætio dant, aut ex condicto conueniunt, paciſcentes, vt tantum ſibi rependatur, quantum in proximis nundinis cambia faciunt, aut etiam monopolio, cęteriſque dolis fraudibuſque prętium augent,& diminuunt,quę omnia peruerſa ſunt,ab omni equitatis,iuſtitiæq; regula aliena prorſus. Neque hi ſoli æterna digni ſunt morte, verùm & illi qui pecunias ſuas iis credunt campſoribus, quos non recte,at iniuſtis præ expoſitis modis cambire ſciunt. Ex hac infecta
2 radice pullularũt peſtifera illa depoſita,quę Lugduni,& alibi quoque in vſum venerunt. De his
3 autem dicere non eſt propoſitum meum,qui maximam pecunię ſummam capiunt, non abſque vniuerſali detrimento, quam poſtea principibus mutuant, quindecim, aut plus etiam ab ipſis vltra ſortem accipientes. Videant ſi an ſecuritati conſcientiæ tuto conſulant, eò quòd liberam ab
4 illis fieri eis donationem ſibi blande perſuadent, cum tamen nemo ſuum iactare,nemoq; pariter liberalis iure præſumatur, qui neceſsitate eſt adactus. Caueant præterea campſores,ne his pecuniã
5 tribuant,quos luxurioſe viuere, & prodige in crapulis,aliiſque illecebris dies conſumunt ſuos, ne tot,tantiſq; enormibus, grauibuſque peccatis occaſionem præbere,& fomentum præſtare videantur. In ſumma quicunque chriſtianę,& cum Dei timore vitam tranſigere cupit,expedit non ſolum ea agere,quæ iuſtitiæ aduerſaria non ſunt, verum etiam nec Dei charitati,proximique repugnantia exiſtunt, cum omnis præcepti finis ſit charitas.

Non

DE CENSIBVS, ET DE CONTRACTV CENSVARIO

Tractatus.

Secundum conſtitutionem Pij V. Pont. Max.

Authore R.P. Magiſtro THOMA Boninſigni Senenſi, Ord. Pręd. Theologo publico Florentino.

Explicatur intentio, & ordo tractationis. Cap. I.

1 *Cenſus qui dicebatur apud antiquos.*
2 *Bulla Pij V. ſuper creatione cenſus.*

CONTRACTVI emptionis, venditioniſq; annuì redditus (qui ſanè latiſsime apud omnes ferè percrebuit) nomen cenſus ex accomodatione potius quadã, quàm ex vera nominis proprietate tributumeſt. Nam ſi veram, atque germa-
1 nam illius ſignificationem intueri volumus, cenſus apud antiquos penſio erat (quemadmodum tradunt boni ſcriptores) quam ciues Reipublicę,

aut

aut principi ſoluebant, eo quòd omnium facultates recenſerentur, & hoc in ſubiectionis ſignum, ſicuti & tributum pro gubernatione, ac defenſione ſoluebatur. Quæ planè ſignificatio, longè diuerſa eſt, ab ea cenſus ratione, quæ conſuetudine iam inoleuit, & de qua dicere inſtituo, quãquam à plurimis de illo diſerte quidem, ac latiſsime diſputatum eſt. Verum quoniam temporibus noſtris emanauit bulla, ſeu conſtitutio Pij V. Pont. Max. ſuper cenſus creatione, in qua multa de nouo decernuntur præter ea, quę olim à Martino V. & Calixto III. PP. MM. in quibuſdam illorum extrauagantibus tradita fuerunt pro huiuſmodi contractus celebratione, non inutile, neque ſuper uacaneum duxi, ſi etiam nonnulla ad maiorem explicationem in medium proferam. Et quò clarior ſit hæc perſcrutatio, primum cenſus huius rationem, ac definitionem bręuiſsima & lucidiſsima oratione (iuxta peritateticum præceptum) complectar. Mox illius conditiones ad ſuam iuſtitiam ſtatuendam, ex præfata Pij V. conſtitutione obſeruabo quàm diligentiſsime.

Definitio cenſus cum declaratione. Cap. II.

1 *Cenſus quid?*
2 *In cenſu emitur ius percipiendi redditum.*
3 *Cenſus inter bona immobilia computatur.*
4 *In Cenſu non emitur res neque rei fructus.*

5 *Cenſus*

5 *Cenſus non eſt mutuum.*
6 *Cenſus vendi poteſt non ſolum antea conſtitutus, ſed qui de nouo creatur.*
7 *Cenſus etiam pecuniarius conſtitui poteſt.*
8 *Cẽſus ad tempus determinatũ ſuſpectus habetur.*
9 *Iuſtificari poteſt.*
10 *Cenſus in totum eſt ſoluendus etiam ſi res non reddiderit tantum fructum.*
11 *Cenſus reſeruatiuus quis ſit.*
12 *Cenſus reſeruatiuus non eſt idẽ quod emphiteuſis.*
13 *Cenſus conſignatiui plures ſpecies.*

QVO igitur ad primum propoſitum ſpectat. Si quis cenſus rationem deſiderant, ſic breuiter definiat, & dicat. Quòd cenſus eſt ius percipiendi penſionem, ſiue redditum in re aliqua.
1 In qua ſanè definitione, primo omnium ſpectanda ẽ ſummopere dictio illa primo loco poſita loco generis nempe, ius, Ex illius ſiquidem interpretatione ſtatim elucere poterit, quæ ſit merx reſque ipſa cenſui ſubiecta, quæque in ipſo cenſu emitur venditurque. Latuit enim hoc nonnullos, qui propterea contractum hunc abiiciunt, damnant, quòd in eo neque diſtinguere, neque ſecernere neſciunt pecuniam qua emitur, ab ipſa re, ſeu merce, quæ emitur. Id nanque quod cenſu emitur non eſt res ſuper qua cenſus conſtituitur, neque eſt pecunia, aut fructus rei, vt multi falsò
2 extimarunt, ſed eſt ius percipiendi annuum redditum, quod ſane ius pecunia emitur ab ipſa diſtincta. Vnde, & inter immobilia computatur ius hoc exigendi

exigendi redditum, prout patet in Clem.exiui.§.
3 Cumque annui redditus, de Verb.ſig. & apud hiſpanos cenſus ſuper regiis tributis conſtituti dicuntur iura, quæ venduntur, & emuntur, vt aſſe-
4 rit Soto lib.6.de Iuſt.& Iur.q.5.ar.1. Quòd enim non ematur res ſuper qua cenſus conſtituitur, patet, quoniam venditor poteſt pro libito de illa diſponere, poteſt enim illã donare vendere, & quouis modo alienare, ac meliorem efficere, ſiq; magis frugifera redditur ſibi tantum emolumẽtò eſt, non emptori. Quòd etiam non fiat fructuum emptio exinde conſtat, quoniam ſolus venditor lucro, & damno illorum ſtat, ita quòd ſi parum aut multum inde percipiat, tenetur nihilominus eandem ſoluere penſionẽ. Erit igitur nil aliud, quàm emptio iuris capiendi redditum. Et quoniam ſermo diffinitiuus omnem prorſus de medio tollit obſcuritatem, & dubitationem, ex hac definitione multa elucebunt, quæ quidem ambiguitates
5 nonnullis faciunt. Imprimis etenim ſatis cuique conſtare poterit, in huiuſmodi contractu nullum eſſe mutuum, neque verum, neque interpretatiuum, ſeu tacitum, ſi quidem in mutuo mutuatarius cogi poteſt, vt ſortem reſtituat, at in hoc contractu venditor, qui redditum annuum conſtituit nunquam cogitur ſortem reſtituere, ſors nanque perpetuo diſtrahitur, & in recipientem tranſit, ſi annuum cenſum redimere, aut extinguere nolit. Vnde cum nihil vltra ſortem recipiat vſura eſſe non poteſt. Quapropter mirandum eſt profectò, Doctores quoſdam probare quidem cenſus qui

con-

conſtituuntur ſuper bonis ſub titulo donationis quique iam conſtituti ſunt vendi poſſunt, non autem ſi contractus tempore de nouo conſtituãtur, huiuſmodi enim cenſent, neque vendi poſſe, neq; emi. In quam ſententiam iuit Henric. Gand. quod l. 1. q. 39. & Greg. arim. prout illi imponit Salic. in aut. ad hęc. C. de Vſur. non alia ducti ratione, niſi quia quãdo cenſus eſt conſtitutus ipſe habet rationẽ mercis, ſi vero nõ eſt conſtitutus nulla apparet merx, ſed tunc pecunia pecunia emitur. Quę quidem ratio nulla eſt, cum, vti dictum eſt, etiam in cenſu nouiter cõſtituto late pateat merx ipſa, quę
6 eſt ipſum ius, à pecunia diſtinctum. Melius ergo ſentiunt, qui pontificias cõſtitutiones extendunt etiam ad cẽſus, qui de nouo creantur, cum ęadem in illis ratio ſubſiſtat. Sicut enim dum emuntur redditus ante conſtituti, emitur ius illud exigendi percipiendique redditum, ita pariter dum nunc conſtituitur, illud idem ius mercis rationẽ habet, prout declarat Silu. Verbo Vſura 2. §. 12. Quanuis minor fraudis ſuſpitio inſit cenſibus iam conſtitutis, quàm in his, qui de nouo contrahuntur.
7 Deducitur præterea ſecundo ex præfata definitione, atque ex dictis, poſſe conſtitui cenſum non ſolum ſuper fructibus rei, quæ ex ſui natura frugifera eſt, nempe agri, de quo ſane euidentior apparet iuſtitia, verum etiam, & pecuniariũ cenſum creari poſſe, vt ſuper domibus, apotecis, aliiſque rebus, quæ pecuniæ prouentum præſtare ſolent. Manet enim in vtriſq; ęadẽ iuſtitiæ ratio, idemq; venditionis, emptioniſque fundamentum, nem-

K pe,

pe, quòd ſicut in primo reperitur merx,quę venditur, nempe ius ipſum, ita & in ſecundo. Infertur quoque tertio ex prędicta definitione quomodo ſaluari poteſt iuſtitia cenſus ſoluendi ad certum, & determinatum tempus, etiam quòd redditus certus conſtituatur, vt ſingulis annis in de-
8 cemnio, habeantur decem,qui ſane ſuſpectus habetur à multis, eò quòd venditor pluribus ſolutionibus definito tempore ſeparatim factis ſortẽ reddit,& aliquid vltra eam,id quod vſurariam ſapit prauitatẽ, eoque magis augetur ſuſpitio, quo & citius & breuiori tempore tota ſors, & prætiũ ipſum recipitur. Et quanquam vſurę ſpeciem præſefert huiuſmodi contrahendi modus, ac propterea conſulendum ſit, vt ab eo chriſtiani abſtineant, quin & à Rep. chriſtiana relegandum eſſe grauiſsimi autores affirmant, nihilominus de iuſtitiæ rigore damnari non poteſt. Nam hic certo prætio ius illud emitur exigendi annuam penſionem per annos decem, cunque ad ſortem reſtituendam venditor cogi non poſsit, mutuum hic non ſubeſt, ac proinde neque vſura, quæ ſane in ſolo mutuo, aut expreſſo, vel tacito, locũ habet, quòd ſi pretium iuſtum interceſſerit, nec iniuſti-
9 tia aderit. Erit autem iuſtum prætium, ſi propter onus, quod in ſe ſuſcipit venditor reſtituendi ſortem ad præfixum decemnium,& non ante,ad arbitrium boni,prudentiſque viri augeatur,quemadmodum Soto dicit lib. 6. de Iuſt. & Iur.q. 5.ar. 3.q. 3. & alij etiam probant. Quod autem idem Soto ſuperius ar. 2, in ſol.tertij arg. trepidat hoc idem

idem aſſerere in cenſu pecuniario, licet tuto in fructuario concedat, eò quòd fructus ſunt in dubio, ius autem exigendi certam pecuniam in nullo verſatur diſcrimine, aut periculo, mihi profectò, diſtinctio hæc cenſus fructuarij & pecuniarij rem hanc variare non videtur, cùm in vtroque cenſu ematur ius percipiendi annuam pẽſionem tàm in fructibus, quàm in pecunia. Neque obſtat fructuarium cẽſum expoſitum fore periculis. Nam licet aliquibus annis res, ſuper qua conſtitutus eſt fructuarius cenſus non reddiderit tantum fructum, quantus eſt ipſa penſio, tenetur nihilo-
10 minus venditor ſoluere totam, atque integram penſionem, ſecus autem eſſet, vbi res in toto, aut in parte periret, tunc enim pro rata cenſus diminutio facienda eſt, prout inferius ex bulla Pij V. patebit. Non obſtat pariter, ſi emptor per multiplices annuas ſalutiones, aliquid vltra prætium quod dedit recipiet, modo id boni arbitrio, vt dictum eſt intra limites iuſti moderaminis contineatur. Nam ſi nihil aliud vltra prætium ab emptore percipi poſſet, ſequeretur, quòd eodem prætio emi poſſet annuus redditus ad annos triginta, quo & perpetuus. Nam ſi per exemplum conſtituatur annuus redditus ad rationem vnius pro viginti ad annos viginti, eodẽ pariter prætio emi poſſet perpetuus redditus, quemadmodum dedu-
11 cit Couarr. lib. 3. Var. reſol. cap. 7. num. 4. Diſtinguitur autem cenſus ſic explicatus, in reſeruatiuum, & conſignatiuum. Primus eſt, quando quis rem ſuam alteri concedit. reſeruando ſibi quoli-

bet anno certam penſionem. Non eſt autem hu-
12 iuſmodi cēſus idem cum emphiteuſi, vt dicit glo. in c.conſtitutus de Relig.dom.cum in emphiteuſi non transferatur directum dominium, ſed tantum vtile,adeo quòd,ſi non ſoluitur penſio res ad ipſum dominium reuertitur, at in cenſu reſeruatiuo, quando quis bona dat ſub annua penſione in alterum dominium transfertur. Vnde licet ille penſionem non ſoluat, non amittit per hoc ius illorum bonorum, potius autem dici poſſet locatio ad longum tempus. Sed de tali cenſu non eſt propoſiti modo verba facere, cum de hoc non loquatur Conſtitutio Pij V. De conſignatiuo igitur dicendum eſt, quando quis ſuper bonis, quę poſſidet conſignat alteri certum redditum,quem accepto prætio ſingulis annis, vel menſibus ſoluere
13 ſe obligat. Atque talis ſic expoſitus,diſtinguitur primò in realem,& perſonalem quæ diſtinctio ſe tenet ex parte fundamenti, Realis eſt, qui in re fundatur.perſonalis,qui in perſona conſtituitur. Secundo diſtinguitur ex parte rei, quæ recipitur, in fructuarium, quando quis fructus recipit, & pecuniarium, quando pecunia accipitur. Tertio in cenſum certum,& incertum. Primus eſt, cum determinata ſumma fructuum,aut pecunię quantitas conſtituitur, vt tot modij tritici, aut tot ducati, alter vero contingit nulla facta determinatione, vt ſi tertia pars fructuum conſtituatur pro redditu,aut pars lucri. Quarto diſtinguitur ex parte temporis in perpetuum,& temporalem. Quinto diſtinguitur cenſus temporalis, in illum qui

pro certo annorum ſpatio ſit, nempe ad decemnium,& in illum,qui ad incertum tempus currit, vt durante vita illius, & à quibuſdam vitalitium appellatur. Sexto diſtinguitur in redimibilem; & irredibilem, ſed hic adnotandum eſt, quòd licet omnes cenſus perpetui ſint irredimibiles, non tamen ſit conſequens vt omnis irredimibilis ſit perpetuus,nam poſſunt dari cenſus irredimibiles ad tempus, nempe vſque ad decemnium. Diſtinguitur quoque cenſus redimibilis, & irredimibilis ad hunc ſenſum; quòd ex parte emptoris eſt irredimilis, eò quòd venditorem cogere non poteſt,vt redimat,ex parte autem venditoris eſt ſemper redimibilis,quoniam in ſua ſitum eſt poteſtate,vt redimere queat, quemadmodum ex dicendis latius patebit. Si quis plures deſiderat cenſus diuiſiones legat Conrad. de Contract.q.72.

Conditiones cenſus explicantur. Cap. III.

1 *Cenſus conditiones poſitæ à Martino V. & Calixto III. an omnes ſint neceſſariæ.*

2 *Conditiones cenſus poſitę à Pio V. de iure naturę non omnes ſunt neceſſarię.*

HIS itaque ſic breuiter præmiſsis, de conditionibus ad iuſtitiam cenſus conſtituendam dicendum eſt.Conditiones autem nonnullę excipiuntur ex bullis ſupra memoratis Martini V. & Calixti III. quę à Bartholomeo Miranda Archie

piſcopo Toletano in ſua conciliorum ſumma explicatę ſunt, & iuxta illum ſex habentur. eas tamen non omnes ſimpliciter neceſſarias exiſtimat
1 Soto lib.6.de Iuſt.& Iur.q.5.ar.1.neque vt neceſſarias in omni cenſu ab illis pontificibus appoſitas, qui ſane approbarunt cẽſum ſibi propoſitum cum illis conditionibus, quas tamen non omnes neceſſarias ſtatuerunt. Verum Nauar.in ſuo Tractatu de Vſuris num.75. tenet,& probare nititur omnes illas conditiones,quas ad octo ille reducit ſimpliciter eſſe neceſſarias, ſed re vera hoc rationibus potius probabilibus oſtendere conatur,quã vt efficaciter conuincat. At quoniam his temporibus nouiſsime emanauit Conſtitutio Pij V. ſuper creatione cenſus, in qua complures pro eius iuſtitia ſtabilienda cõditiones decernuntur, vt ab omni vſuræ,atque iniuſtitiæ labe prorſus eximantur, idcirco iuxta illius ſanctionem regulandi ſunt poſthac cenſus. Quapropter leges omnes, conditioneſque in dicta conſtitutione habitę hic ſubiicientur, recenſitis fideliter illius verbis, cum illorum interpretatione. Hoc tamen præmittere
2 velim. Quòd ſi ſolum naturale ius inſpiciamus, ad iuſtitiam cenſus non omnes conditiones, quæ in illa conſtitutione decernuntur neceſſariæ exiſtunt, prout ex dicendis apparebit. Verumtamen ad obuiandum malitiis,fraudibuſque hominum, qui ſub iuſti titulo contractus vſurariam prauitatem ſępe tegunt,atque inuoluunt,ſtatuit,& declarauit apoſtolica ſedes vſurarios fore cenſus, qui conditionibus, legibuſque iſtis non veſtiuntur.

De

De prima conditione cenſus. Cap. IIII.

1 *Cenſus conditio quòd ſuper re immobili conſtituatur eſt in fauorem ementis.*
2 *Cenſus perſonales non expreſſe prohibentur in bullis Martini V. & Calixti III.*
3 *Soti ratio pro perſonali cenſu minime efficax.*
4 *Cenſus realis quomodo habeat perſonalem obligationem.*
5 *Ius exigendi cenſum primò in re fundatur, ſecundario in perſona.*
6 *Bona ſuper quibus cenſus fundatur non habent rationem pignoris.*
7 *Cenſus perſonalis naturali iuri non aduerſantur.*
8 *Cenſus ſuper bonorum vniuerſitate conſtitui non poteſt, etiam ſi in illa vniuerſitate exprimatur aliquod bonum immobile.*
9 *Cenſus poteſt conſtitui ſuper re aliena domino conſentiente.*
10 *Emptor cenſus fundati ſuper re non libera exigere poteſt, ſi hoc ignorauit.*
11 *Cenſus non poteſt excedere fructus rei ſuper quã conſtitutus eſt.*
12 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper diuerſis prędiis.*
13 *Deſignatio finium in conſtituendo cenſu quomodo intelligatur.*
14 *Obligatio ſoluendi cenſum in hęredes non transfertur.*
15 *Cenſus pecuniarius & non ſolus fructuarius con-*

ſtitui poteſt.

16 *Cēſus fructuarius poteſt reduci ad pecuniarium.*

17 *Cenſus an conſtitui poteſt ſuper cenſu iam conſtituto.*

Prima igitur conditio aduerſus perſonales cenſus ſtatuitur, ſic enim habetur in Bulla.

Statuimus cenſum, ſeu annuum redditum creari conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quę pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quę nominatim certis finibus deſignata ſit.

VBI primo animaduertendum eſt, talem conditionem potius eſſe in vtilitatem creditoris, & ementis cenſum, quàm in cōmodum
1 venditoris, eò quòd maius periculum emptori immineat, ſi annui redditus obligatione ſola perſonali conſtituantur, quàm ſi ſuper certis rebus fuerint conſtituti: Nam ſi nōn ſuppoſitis rebus ipſi cenſui, venditor abſque hęredibus moreretur, atque bonis, ius illud exigendi profectò vanum eſſet.

Pręterea & ſecundo animaduertendū eſt, quòd licet in conſtitutionibus Martini, & Calixti videatur appoſita huiuſmodi conditio contra perſonales cenſus, dum tradunt, annuos cenſus debere cō ſtitui ſuper rebus certis, quæ ſolę maneant ſolutioni cenſus obligatę, ita quòd rebus interemptis, & deſtructis non debent venditores adſtringi ad reſtituendum prætium, cuius olim ſententiæ fuit D. Antoninus 2.p.Tit.1.cap.9. & Silu. Verbo Vſura, &

ta,& alij quoque; nihilominus ex prefatis conſtitutionibus non ſic expreſſe damnantur perſonales cenſus; quemadmodum ex hac Pij V. Nam vt ait Soto, ex prædictis bullis id ſolũ habetur, quòd ſi pereunt bona ſuper quibus fundatus eſt cenſus venditores non poſſunt cogi ad redimendum cenſum, non tamen prohibetur, quòd non poſsint cogi ad ſoluendum cenſum. Si enim bonis illis extinctis venditores liberi eſſent à ſolutione redditus, vtique hoc expreſsiſſent pontifices illi. Vnde cum hoc ſubticuerint, ſignum eſt, non damnaſſe perſonales cenſus; qui tamen ſecluſa hac Pij V. conſtitutione non ſunt illiciti, prout pluribus, & efficacibus rationibus oſtendunt Soto de Iuſt. & Iur. q. 5. ar. 1. q. 4. & Couar. lib. 3. Var. reſol. cap. 7. num. 5. Vnde Pius V. vt omnino deleret huiuſmodi cenſus (quod ſanctè fecit, ne illorum occaſione pateat in chriſtiana Rep. tanta vſurarum vorago) ſubdit in ſua bulla, vt videbimus aliam cõditionem, quòd re perempta in totum, aut in parte, & ſimiliter infructuoſa effecta, cenſus pro rata etiam perit. At Nauar. de Vſur. num. 74. reſpondet Soto, aitq;, idcirco pontifices illos non expreſsiſſe, non quia aliter ſentirent, ſed quia illud velut clarum reliquerunt. Nam clarũ eſt fundamento ſublato corruere fundatum, ac per hoc cẽſus perit pereunte re, ſuper qua fundatur, ſed non erat clarum, an in tali caſu, qui pretium recepit, teneretur ad reſtitutionem, alioqui inquit ipſe, illi pontifices non declaraſſent aliquid dubium, cum certum eſſet, quòd ſi etiam bona illa nõ periſſent

non

non tenebantur ad reſtitutionem prætij,neque ad redimendum. Sed hæc parum cogunt. Nam poſſet dicere Soto, quòd nõ erat adeo clarum,vt ipſe Nauar. putauit, ſed dubium, an re pereunte cenſus extinguatur.Signum huius rei dubię ſit,quòd tot doctores excellentiſsimi perſonales cenſus, multis rationibus comprobarunt, quibus neque ipſe Nauar. reſpondere videtur. Vnde Pius V. ad hoc dubium amouendum declarauit expreſſe in ſua conſtitutione. Poſſet quoque negare Soto, quòd pontifices illi nihil dubij declaraſſent, immo dubium naſci poterat, ex quo res periit, an emptor poſſet tunc repetere prætium,eo quòd po terat alicui videri, quòd venditor non teneretur amplius ſoluere cenſum. Ideoque declaratur ab illis pontificibus, quòd non propter hoc cogi poteſt venditor ad prętij reſtitutionem,vnde potius videtur excipi in fauorem perſonalis cenſus, ex quo decernitur,quòd prætium non eſt reſtituendum. Nollem autem quempiam exiſtimare ratio nem quandam Soto in fauorem cenſus perſonalis, quæ eſt quinta efficaciter concludere,dum nititur oſtendere cenſum realem perſonalem obligationem annexam habere, ac per hoc rebus pereuntibus obligatio remanet in perſona, eò quòd in tali contractu non transfertur rei dominium, neque fructus venduntur, ſed tantùm ius petendi illos. Vnde inquit ipſe,bona,ſuper quibus conſtituitur cenſus non tam rei venditę rationem habent,quàm pignoris, atque hipotecę,at diſparente pignore non ideo creditor amittit ius exigendi

l.ſeruo

l.ſeruo C.de pignor. Hęc inquam ratio non concludit aduerſus ſanctionem hanc Pij V.extinguẽtem perſonalem cenſum. Nam quod realis cen-
4 ſus annexam habeat perſonalem obligationem; verum eſt ſalua ipſa re ſuper qua cenſus eſt conſtitutus,ad hunc ſenſum, quòd perſona ipſa nempe venditor, qui rem poſsidet tenetur ex fructibus & redditibus ipſius rei annuam ſoluere penſionem; non autem quòd re extincta perſona remaneat obligata. Et licet non vendatur, neque res,
5 neque rei fructus,ſed ſolùm ius petendi debitum hoc tamen ius primo,& principaliter in re fundatur, in perſona vero ſecundario, quare extincto principali fundamento ceſſat ſecundarium. Neq;
6 etiam prorſus concedendum puto, bona ſuper quibus cenſus conſtitutus eſt habere pignoris rationem; quandoquidem pignus ſolet penes creditorem remanere,non autem apud debitorem, & præterea contractus pignoris longe diuerſus eſt à contractu emptionis;& venditionis,prout hic eſt de cenſu. Hæc autem obiter dixiſſe volui, ne rationes in fauorẽ perſonalium cenſuum tanti fiãt, vt eas contra conſtitutionem Pij V.efficaciter con-
7 cludere aliquis exiſtimet. Tametſi, vt dictum eſt,cenſus iſti perſonales iuri naturali non aduerſentur, dummodò iuſtum prætium intercedat, quorum prohibitio potius ad emptoris commodum, quàm vẽditoris tendit, vti explicatum fuit.

Tertio loco obſeruandum eſt, ex hac conditione tolli abrogarique prorſus cenſus ſuper bonorum rerumque vniuerſitate indefinite, & incerte

con-

8 conſtitutos, vt ſi quis cenſum faciat ſuper omnia ſua bona, quę poſsidet, aut poſsidere poteſt. Patet hoc in illis verbis, *quę nominatim certis finibus deſignata ſit*, licet huiuſmodi cenſus aliàs permitti poſſet, vt pote iuri naturali minime contrarius. Et ita procedit hæc conditio, quòd etiam ſi in illa bonorũ vniuerſitate exprimeretur aliquod bonũ immobile ſpecialiter ſuis finibus deſignatum, cen ſus conſtitui non poteſt, prout tradit Nauar. de
9 Vſur. num. 130. Qui doctor tenet ibi, quòd poteſt aliquis cenſum imponere ſuper re immobili aliena, conſentiente domino, eò quòd, dominus fundi, qui poteſt cenſum imponere, poteſt etiam alteri imponenti conſentire. Sed cogita, quo nam modo conditiones omnes in hac extrauaganti ap
10 poſitæ poſsint recte tali cẽſui accomodari. Tenet idem doctor, quòd ſi cenſus ematur ſuper re non libera, vel ſuper qua venditor conſtituere non poterat, ſi emptor hac ignorauit, poteſt exigere cenſum pro tempore, quo id probabiliter ignorauit. Vide ipſum vbi ſupra num. 116.

11 Quarto loco, euidenter ſequitur cenſum non poſſe excedere fructus rei ſecundũ valorem eiuſdem rei, ſuper qua conſtitutus eſt, quod, & in bullis Martini, & Calixti cautum fuit, niſi forſitan ob conditiones aggrauantes emptorem, quia tũc poterit augeri redditus, nam pactum redimendi ad vendentis libitum eſt in onus emptoris, præter ea pactum recipiendi prætium in toto vel in parte, quando fieret. Habenda quoque ratio eſt, rem ipſam emptoris non fieri, ſed apud venditorem rema-

remanere,qui eam poteſt alteri concedere,ex quo ſequi poteſt difficultas exigendi cenſus, quibus conditionibus emptorem aggrauantibus, ſi res fructifera reddit quinque poterit redditus cenſus eſſe ſex, aut ſeptem.

Quinto obſeruanda ſunt verba eadem paulo ante adducta, *& nominatim certis finibus deſignata*, ex his enim non prohibetur quin cenſus conſti-
12 tui non poſsit ſuper diuerſis prædiis ſeparatis, quòd optime à Nauar. animaduerſum fuit, de Vſur.num.213. eadem quippe ratio ſubſiſtit,ſi in pluribus conſtituatur, dummodo propriis finibus deſignata ſint.

Sexto animaduertendum eſt nõnullos duriuſcule interpretari illa eadem verba,vt eſt Miranda præcitatus, qui in expoſitione bullarum Martini & Calixti, in quibus idem exprimitur ſentire videtur, quòd huiuſmodi deſignatio, ac finitio, talis,tanteque preciſe quantitatis eſſe debet,quante cum prætio cenſus emeretur,ſed hoc forte procederet, ſi in cenſus emptione emeretur res ipſa,aut rei fructus, at ſuperius ſæpe repetitum fuit,quòd ius exigendi, percipiendique redditum emitur. Difficile præterea, ne dicam impoſsibile continere videtur illa interpretatio. Quoniam ſi cenſus ſuper molendino,aut hypoteca cõſtituitur, quomodo fieri poterit, vt ſuper aliqua portione pretio tãtum equiualenti conſtituatur, nempe ſuper vna mola,aut ſuper tecto,an non ſuper tota apoteca, aut ſuper toto molendino fundare cenſum neceſſarium erit? Ea igitur videtur germana ver

borum

13 borum interpretatio, quòd deſignatio per terminationem finium referri debeat ad totam rem, ſu per qua cenſus fundatur, vt totum prædium, aut tota domus, etiam ſi prætium cenſus nō adequat rem, ſed ſit minus. Quòd ſi quis dicat, ergo cenſus emptor per raro periculum ſubibit, niſi maior pars rei, aut ferè tota periret. Reſpondetur, quòd immo ſemper periculo ſtat, quoniam ex ſubiiciendis conditionibus videbitur, quòd re in toto, aut in parte perempta, cenſus quoque pro rata extinguitur.

Septimo deducere poſſumus, non eſſe amplius dubitationi locum, an obligatio ſoluendi cenſum tranſeat ad hęredes, de qua re multi diſputant. Diſtinguunt nanque non nulli, quòd quando cenſus ſuper incertis bonis conſtituitur, tunc obligatio ad hęredes tranſit, quoniam omnia bona ſolutioni obnoxia ſunt, ſi autem ſuper re aliqua deſignata fundatur, illa perempta, obligatio non trāſit ad hęredes, tunc enim perimitur & ipſe redditus nulla remanente perſonali obligatione, ita diſtinguunt & reſoluunt Soto lib. 6. de Iuſt. & Iur. & Iur. q. 5. ar. 2. & Couarr. vbi ſupra nu. 5. in fine. Verum ex præfata conditione, vt dixi nō eſt quod
14 amplius hoc in dubium reuocemus. Nam ſi cenſus nō poteſt in bonorum vniuerſitate conſtitui, ſed ſuper certis, ac deſignatis bonis, quibus perēptis ceſſat realis obligatio cōſequens eſt, quòd ad hęredes transferri non poteſt, quippe qui non tenentur niſi ratione rei, & quandiu illā poſsident, quia nec ipſe qui cenſum fundauit in tali caſu amplius

plius

plius obligatus remanet.

Octauo penſanda ſunt verba illa, *de ſui natura fructifera*. Quoniam ex his forte putabit quis ſolum fructuarium cenſum conſtitui poſſe, non autem pecuniarium, eò quòd pecunia non proprie fructus dicitur. Verum ex illo verbo non exclu-
15 ditur, neque reiicitur pecuniarius cenſus, qui ſuper domo, vel alia re conſtitui poteſt, nam & pecunia poteſt dici fructus ex aliqua re perceptus. Immo tenet Nauar. de Vſur. num. 120. quòd poteſt ferri lex, quæ ſtatuat, cenſum in aliis rebus conſtitutum poſſe reduci ad pecuniam numeratam,
16 quæ iuſte reſpondeat prætio pro eo dato, ſi prætium frumenti vini, aliarumque rerum adeo creuerit, vt excedat prætium pro cenſu datum, licet tunc quando datum eſt iuſtum fuerit, ſi autem lex non extat, ſoluendus eſt cenſus in ea re, in qua conſtitutus eſt, ſiue prætium eius ſit auctum, ſiue diminutum.

Nono animaduertendum, quòd ex illo verbo, *aut pro immobili habeatur*, Nauar. infert quòd po-
17 teſt conſtitui cenſus ſuper cenſu iam conſtituto, quia licet redditus non ſit res immobili, habetur pro immobili per Clem. Exiui. §. Cumque annui redditus de Verb. ſign. & ſupra allegata fuit. Sed ego non credo mentem huius Extrauag. extendi ad cenſum hūc, vt ſuper alio fundari poſsit. Tum quia difficile ſaluari poſſunt cęterę cōditiones, vt deſignatio terminorum, cum redditus nō habeat proprie terminorum deſignationem, niſi quis dicat, quòd per accidens habet. i. ratione rei in qua fun-

fundatur. Sed hoc eſt valde improprie & abuſiue verba Extrauag. intelligere. Tum etiam quia improprie cenſus, & redditus dicitur res frugifera, ſicuti res, quę sũt verè immobiles, vt fundus, ager, & ſimiles, cenſus enim eſt fructus potius quàm res frugifera, fructus autẽ percępti, quorum vſus eſt ipſa conſumptio non habent fructum, vt frugiferi dicantur, niſi prout ſtant ſub induſtria. Vnde dicũtur potius fructus induſtrię, quàm rei. Neque etiam ius ipſum, quod proprie cenſus eſt, dicitur res frugifera, niſi vocabulis abuti velimus.

De ſecunda conditione cenſus. Cap. V.

1 *Cenſus emi debet in pecunia numerata.*

2 *Preſentia notarij, & textium non ſufficit ad fraudes tollenda.*

3 *Oſtenſio pecuniæ non ſufficit ad cenſus emptionem.*

4 *Receptio integri pretij non eſt conditio neceſſaria ex natura rei.*

5 *Pretium cenſus non iuſtum vſurę ſpeciem habet.*

6 *Emptio cenſus non poteſt fieri per compenſationem in foro exteriori, licet in foro interiori fieri poſſit.*

7 *Iuſtitia pretij in cenſibus non determinatur per bullas Martini V. & Calixti III. & Pij V.*

8 *Iuſtitia prætij in cenſibus non eſt ſumenda quemadmodum in aliis rebus venalibus.*

9 *Iuſtitia pretij cenſus non poteſt in vniuerſum determinari.*

10 *Iuſtitia*

10 *Iuſtitia prętij in cenſibus attendenda eſt ſecundum rationem fructuum rei ſuper qua cenſus eſt conſtitutus.*

11 *Iuſtum pretium cenſus diminui poteſt, propter onus quibus emptor cenſus ſubeſt.*

12 *Pactum redimendi diminuit prętium.*

13 *Pactum redimendi cenſetur pars prętij.*

14 *Lex, & conſuetudo attendi debent ſuper prætio cenſus.*

15 *Bulla Nicolai V. defenditur.*

Secunda conditio ſic habet.

Rurſum niſi vere in pecunia numerata, pręſentibus teſtibus, & notario, & in actu celebrationis inſtrumẽti, non aũt prius recepto integro, iuſtoq; prętio.

IN qua plura ſunt obſeruanda. Atque imprimis ea verba, *niſi vere in pecunia numerata*,
1 & hoc pariter habetur in Extrauag. Martini, & Calixti, quæ licet ex natura rei neceſſaria non ſit, ſapienter tamen appoſita eſt, ad tollendas fraudes illorum, qui in pannis, aliiſque mercibus male prætium ſoluebant, & contra impuriſsimos illos contractus, qui dicuntur ſtochi, ſeu ſcrochi barochi, ſeu retrãgoli, de quibus alias dicẽdũ erit.
Secundo illa verba, *pręſentibus textibus, & no-*
2 *tario*, ne fiant ſecretò vſuraria pacta. Quanquàm nec propter hoc ſatis humana cauetur malitia, ſi quidem antea inter ſe conuenire poſſunt, & celebrato contractu venditor emptori prætij partem

L reſti-

reſtituere poteſt, aut coram notario, & textibus ſoluere ſimulando pecuniam,quam emptor oſtẽdit, cum tamen venditor nihil pro tunc recipiat.

Tertio ibi, *& in actu celebrationis inſtrumenti non autem prius recepto integro pr**ę**tio*. Non ergo
3 ſufficit pęcuniæ oſtenſio, ſed quòd notarius, & textes videat integram prætij ſolutionem,contra ęos,qui dicunt ſe prius dediſſe retinentes vſuram primi anni per ſecretam conuentionem. Verùm hęc cõditio ex natura rei, neceſſaria non videtur,
4 poteſt enim venditor cenſus emptori partem prętij credere, ſi illi placet, dummodo iniuſto pacto venditor non cogatur. Licet oppoſitum teneat Nauar.de Vſur.num.78.affirmans, hanc neceſſariam conditionem. Tum quia venditor inuoluntarie concedit emptori dilationem prætij, ſicuti qui ad vſuram accipit non voluntarie vltra ſortem tribuit. Tum quia illa dilatio ſimilitudinem habet vſurarij mutui. Tum tertiò quia videtur minus iuſto prætio emere, qui ſtatim non ſoluit. Verùm huiuſmodi rationes parum concludunt, vbi libera re vera in venditore voluntas reperitur dilationem faciendi,quicquid ſit de humanis pręſumptionibus.

Quartò ritè obſeruandum eſt illud. *Iuſtoque prętio*, & eſt hoc ſimpliciter neceſſarium,alioquì & ſi contractus vſuræ notandus non erit,eò quòd emitur res prætio extimabilis, iniuſtus tamen cen
5 ſendus omninò erit. Quanquam, & in exteriori foro pro vſurario forte reputabitur, eò quòd prętij modicitas,cum pacto de redimendo vſurę prę

ſum-

ſumptionem ſæpenumero inducit,vt tradunt cõmuniter Iuriſconſulti,præſertim verò in emptione venditioneque cenſus, vbi vſuræ ſpecies magis,quàm in cęteris contractibus habetur.

Quinto notatur,id quod iudicio meo ſatis perſpecte animaduertit Nauar. de Vſur.numero 88. quòd in foro conſciētię, illi qui bona fide vtilius, vel eque vtiliter anticipant ſolutionem totius,vel partis cenſus, poſſunt emere cenſum,licet in foro exteriori ad præcludendam viam fraudibus non admittatur talis cõpenſatio,vt venditores in prætij ſolutionem accipiat id quod emptori ante debebat.Pariter hic Doctor exiſtimat,quòd emptor in conſcientia tutus ſit, ſi verè iuſtum prætium ſoluit non in præſentia notarij, & textium, nec in pecunia numerata, ſed per liquidi, & iuſti debiti compenſationē ſine fraude, & hoc etiam ſi merci bus emat, quas venditor emere volebat, & quæ iā iuſto prætio taxatę fuerunt.Vide illum nu.121.

Sexto. Quòd prætij iuſtitia per hanc conſtitutionem non determinatur, ſicut neque in conſti-
7 tutionibus Martini,& Calixti. Vnde magna exo-
8 ritur dubitatio,quod nam ſit iuſtum prętium huius annui redditus. Non etenim in cenſu iuſtitia prætij extimāda videtur, quemadmodum in aliis venalibus,in quibus res tanti valet, quantí vendi poteſt, ſublata fraude, & dolo, & præſuppoſita communi rei notitia, prout egregie oſtendit Caiet. 22.77. ar. 1. ita multoties emptoris expectatio faciat rem vilius vendi, ſimul cum oblatione vendentis. Nam & ſi venditor expectat, & quæ-

rat emptorem cenſus, neceſsitate coactus, attamen non debet emptor vilius communi currenti prætio emere, alioqui iniquitati aditus pateret. Propterea laborant nonnulli iuſtitiam prætij in cenſus emptione quærentes, non idem iudicium facientes in cenſu redimibili, atque in perpetuo irredimibili, quando ab emptore prætium cenſus omnino amittitur, ita quòd nec repetere poteſt à venditore, neque rurſus venditor reſtituere, & præterea item in cenſum, qui fit ad vitam ementis cum amiſsione prætij, qui dicitur vitalitium. Quæ ſane diſtinctio his forte temporibus opportuna non eſt, ſi ex hac Pij V. extrauag. tolluntur cenſus perpetui,& vniuerſaliter irredimibiles, id quod verba inferius ſubiicienda aperte videntur ſonare, dum dicunt, quòd cenſus poſsit ſemper extingui eodem prætio, non obſtante longo tempore, & pactis directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus, de qua re inferius ſermo erit. Sed quicquid modò ſit de hoc, dato quòd cenſus perpetui, atq; irredimibiles liciti eſſet, dico quòd vniuerſaliter de omnibus loquendo, quò ad iuſti-
9 tiam prætij plura dicenda occurrunt. Primum, quòd non poteſt in vniuerſum determinari regula firma iuſti prætij, ob locorum, temporumque varietatem, ex quibus prætij varietas proficiſci
10 ſolet. Secundum, quòd ſi in hac parte ſincere, & cãdide diiudicare velimus, iuſtitia prętij accomodãda, & collimãda eſſet ad rationem fructuũ rei, ſuper qua cõſtitutus eſt cenſus inſpiciendo qualitatem,& bonitatẽ illius rei, datur enim res altera

fru-

fructuoſior,& ex qua firmiores, ſtabilioreſq; pro uentus expectantur. & hoc videtur excipi ex Cõſtitutione Calixti,vt etiã aliqui adnotarunt, adeo quòd, ſi per exemplum,cẽtum aurei ſuper illa re non reddunt pluſquã quattuor,vel quinque, cen
11 ſus, qui emitur,non deberet eſſe vltra prædictam ſummã quattuor aut quinque. Tertiũ dico,quòd non obſtãte eo,quod modò dictũ eſt, poteſt abſq; læſione iuſtitiæ augeri redditus eodẽ dato prętio, propter onus,cui emptor ſubeſt,eò quòd,ad vendẽtis arbitrium prętium ipſi reſtitui poteſt, quod ſane onus, cum ſit pecunia extimabile, auctione redditus,prętiique diminutione cõpenſari debet,
12 quemadmodum communiter aſſeri ſolet,rem vilius emi, quando cum pacto emitur redimendi, quicquid in contrariũ in hoc ſenſerit Caiet. 22.q. de quo aliàs.Huiuſmodi nanq; pactũ iuſtum prętiũ diminuit,quo res ipſa abſq; tali pactione exti-
13 mãda foret, quoniã cum ſit in fauorem vẽditoris appoſitum,pars prętij cenſetur l. fundi partem ff. de contrah.empt.& c.cũ Ioannes,de fide inſtrum. Caueant aũt,ne plus nimiò diminuant,vt iuſtitiæ lineã tranſiliant. Etenim quibuſdã non probatur, huiuſmodi diminutionẽ ad tertiã vſq; partẽ poſſe procedere,vt cõmunis vr̃ Iuriſconſultorũ opinio, Et eò amplius,quoniã multoties cõtingit,rẽ ſuper quã conſtituitur cẽſus aliquibus annis fructus nõ ferre,& tamen eundẽ cenſum ſoluere tenetur venditor. Vnde,cum ex hac parte etiã ipſe grauamen ſentiat, nõ videtur,quòd tãta prętij diminutio fieri poſsit. Nonnulli autẽ putant in cenſu redimibili

prętium vltra tertiam partem diminui non poſſe, in perpetuo autem vltra dimidiam. Sed his opinionibus poſt poſitis, quæ non ita ſolida ratione
14 conſtant, dicendum eſt quartum, quòd ſi lex in aliqua regione diſponat, prætium pręfigendũ, ſeruanda eſt vtique. Si autem nulla extat legis determinatio, conſuetudo attendenda eſt, vſuſque reſpiciendus, dummodo vſus ſit, non abuſus. Quòd ſi non viget vſus, ad aliarum regionum vſum erit prætium accomodandum, aut prudentium, bonorumque arbitrio ſtandum eſt, qui re integre perſpecta cenſui prętium imponant. Vt enim tradit Nauar. de Vſur. num. 104. in quibuſdam locis ſoluitur, ad rationem quinque pro cẽtum, in quibuſdam ſex, alibi ſeptem, & in nonnullis decem.
15 Quapropter non ita benè videntur quidam arguere bullam quandam Nicolai V. qui Regi Aragonum, illiuſque ſubiectis vltra, citraque Pharũ conceſsit, vt poſſent recipere decem pro centum, aſſerentes antiquandam fore, eò amplius, quòd inter extrauagantes nõ reperiatur, ſicuti illę Martini, & Calixti. Sed non erat, cur ſic timeretur ab illo authore bulla illa Nicolai, tanquam periculoſa, quia ſi tunc decimam prætij partem conceſsit, illud in cauſa eſſe potuit, quoniam in illis regnis, tunc non erat redditus exceſsiuus, ob magnam forte pecuniæ copiam. Neque etiam eſt antiquata, aut abrogata bulla: quam ego legi in libro nouiter impreſſo, in quo bullę recenſentur à Gregorio VII. vſque modò ad Gregorium XIII.

De tertia conditione cenſus. Cap. VI.

1 *Solutiones anticipatę in cenſu fieri prohibentur.*

III. Conditio.

Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

ISTA conditio de anticipatis ſolutionibus poteſt dupliciter interpręrari. Primò, vt referatur ad prætij ſolutionẽ, ita quòd non liceat ante contractus celebrationem facere ſolutionem, neque in toto, neque in parte, iuxta ſuperius dicta in ſecunda conditione, ac propterea videtur ex illa deduci. Alter ſenſus qui magis eſt proprius, vt loquatur de ſolutionibus ipſius cenſualis redditus,
1 qui non poſsit ante tempus conſtitutum ſolui, vt in ipſa contractus ſtipulatione emptor pro huiuſmodi cenſum ſibi retineat, & ſic minus det, quemadmodum fieri ſolet in emptione redditus officiorum Romanæ curiæ, in qua ille qui emit retinet ſibi ſex, tanquàm anticipata ſolutio ſex menſium, de quo aliàs. Adſtipulatur autem huic conditioni equitatis ratio, ne venditor pluſquam emptor grauetur. Nam cum res in qua cenſus fundatur ad huc fructus non reddiderit, rationi valde conſentaneum eſt, vt non ante venditor cogatur redditum ſoluere.

De quarta conditione cenſus. Cap. VII.

1 Venditor cenſus poteſt ſe obligare emptori de Euictione.

2 Bullæ Pij V. non tollit ea quæ ſunt naturalia contractui emptionis, & venditionis.

3 Emptor cenſus non poteſt conuenire venditorem de aſſecuratione fortuiti caſus.

4 Venditor cenſus non poteſt renuntiare exceptioni caſus fortuiti, licet regulariter talis renuntiatio fieri poſſit.

IIII. Conditio.

Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus.

SENSVS planus huius conditionis eſt, quòd licet cenſus emptor cum venditore paciſci poſſit de aſſecuratione, non tantum ſolutionis annui redditus, verum etiam, quòd bona in quibus conſtituitur cenſus libera exiſtant, & non aliis obli-
1 gata, & alia ſimilia naturam contractus concernentia, poteſt enim debitor cenſus ſe obligare ad defendendum cenſum venditum emptori, & de
2 euictione, quia Extrauagans non tollit ea, quæ ſunt naturalia contractui emptionis, & venditionis, vt obligatio, & cautio de euictione rei vendi-

tæ &c. attamen cõuenire non valet de aſſecuratio ne, ſi caſu fortuito res ipſa perit, vt incendio,
3 aquarum inundatione,hoſtili vaſtatione,ſeu quo uis alio infortunio, quod his non obſtantibus teneatur, nihilominus venditor,& cenſum ſoluere, aut prętium reſtituere,ita quòd venditor non po
4 teſt in hac parte renuntiare exceptioni caſus fortuiti, licet regulariter talis renũciatio fieri poſsit.

De quinta conditione cenſus.
Cap. VIII.

1 *Venditor ſemper poteſt alienare rem cenſui ſubiectam abſque ſolutione Laudemij.*
2 *Emphiteota non poteſt vendere rem abſque conſenſu domini.*
3 *Venditor poteſt rem cenſui ſubiectam diuerſis ſecundum partes vendere.*
4 *Emptor poteſt cenſum totum exigere à ſingulis, qui rem cenſui ſubiectam emerunt.*

V. Conditio.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus, rem ipſam ſemper, & libere ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimę, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari.

Est

Est igitur ſemper in vendentis poteſtate rem
1 cenſui ſubiectam quouis titulo alienare. Et ſi
vendit,aut alienat non tenetur amplius ad cēſum
ſoluendum, quia reale onus cum re ipſa tranſit,
& hoc abſque ſolutione Laudemij, ſeu quinqua-
2 geſimę.i.vnius pro quinquaginta,quod in emphi
teuſi fieri conſueuit, ſi quidem emphiteota non
poteſt deſtrahere rem abſque conſenſu illius,qui
rei directum dominium habet, & præter hoc lau-
demium illi ſoluere tenetur,& licet hæc conditio
in fauorem ſit vendentis,non tamen eſt in præiu-
dicium ementis,quia non emitur res ipſa, ſed ius
percipiendi, fructus rei, res enim ſemper cum ta-
li onere apud quoſcunque perueniat tranſit: Sed
tamen poteſt in hoc emptor grauari, ſi forte ad
aliquem res deuenerit, à quo cum labore; & diſ-
ficultate annualis redditus exigi poſsit, & eò ma-
3 gis eſt in grauamen, ſi venditor diuerſis diuerſas
partes vendere poteſt, vt tenet Nauar. de Vſur.
num. 114. licet teneat, quòd is, cui cenſus debe-
4 tur, poteſt, totum cenſum à quolibet illorum pe
tere, quia talis partium venditio non debet fieri
in prǫiudicium creditoris.

De ſexta conditione cenſus.
Cap. IX.

1 *Emptor cenſus in venditione rei cenſui ſubiectæ omnibus prǫponi debet, & illi denunciandum eſt ante menſem.*

2 *Contractus cenſus non tranſit in Emphiteuſim.*

VI. Con-

VI. Conditio.

Vbi autem vendenda ſit, volumus Dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denuntiari conditiones, quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.

HOC ponitur in fauorem ementis cenſum. Et licet Nauar. afferat, quòd huiuſmodi cōditio potuiſſet iuſtè omitti, eo quòd domino emphiteuſis debetur iſta prerogatiua ratione directi dominij, quod in re habet, ac per hac videtur contractus cenſualis tranſire in emphiteuticum, attamen, videtur magnę equitati inniti, non ea ſola ratione, quam ille affert, eò quòd minuat facultatem imponēdi cenſum prædiis, quæ multorum eſt occaſio malorum, ſed etiam, quia vt paulò antę dictum fuit, cum emptor in hoc grauari videatur, eo quòd velit nolit, ſemper eſt in vendentis poteſtate rem alienare, propterea rationi conſonum fuit, vt in hoc etiam releuetur, nēpe vt aliis
2 præferatur. Neque ob id tranſit cenſualis contractus in emphiteuticum, Tum quia habens directum dominium poteſt impedire alienationem, Tum quia hic per menſem tantum eſt expectandus, Tum tertio quia venditor cenſus non tenetur ſoluere laudemium.

De ſeptima conditione cenſus. Cap. X.

1 *Venditor cenſut ob moram ſoluendi non incidit in vllam pœnam amiſſionis rei, aut intereſſe lucri,*

cri, aut expenſę.

2 *Venditor cenſus ſi eſt in mora tenetur de damno emergente.*

3 *Venditor cenſus non poteſt obligari ad ſolutionem cenſus in forma camerę.*

4 *Venditor cenſus non poteſt emptori concedere, vt ob non ſolutionem cenſus poſſit accipere rem cenſui ſubiectam.*

6 *Venditor cenſus non poteſt foro ſuo renuntiare, & alteri ſe ſubiicere.*

6 *Venditor cenſus non poteſt ſe obligare ad ſoluendum aliquid procuratori emptoris.*

7 *Venditor, & emptor cenſus poſſunt paciſci de executione parata.*

VII. Conditio.

Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas, medio iuramento treditori liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue eius partem amittens, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliud de eo acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla.

1 HOC in ſumma vult, quòd debitor cenſus ob moram ſoluendi non incidat in pœnam aliquam, aut amiſsionis rei cenſui ſuppoſitę in totum, aut in partem, aut intereſſe lucri ceſſantis, aut alterius expenſæ.

Vbi

Vbi diligenter obſeruandum eſt, quòd huiuſmodi conditio non abſoluit venditorem ab obligatione damni emergentis, quòd incurrit emptor ex dilatione ſolutionis, hoc enim iure naturali, & diuino debitum eſt, ſed prohibet, id in pactum deduci, ad fraudes tollendas. Ex quibus plura inferuntur.

Primo, quòd promiſsio de ſoluendo cenſum ſub pœna dupli fieri non poteſt per hanc conſtit. licet ante fieri poſſet.

3 Secundò, quòd vẽditor cenſus non poteſt obligari ad ſolutionem cenſus in forma camerę, quia hoc eſſet ſe ad pœnas, & incommoda obligare, quæ incurrerentur per obligationem in forma camerę, iuxta Nauar. de Vſur. num. 116.

4 Tertiò, quòd non poteſt venditor concedere emptori, vt ob non ſolutionem cenſus poſsit capere rem cenſui ſuppoſitam.

5 Quartò, quòd venditor cẽſus non poteſt foro ſuo renuntiare, & alteri ſe ſubiicere, quia vidétur excludi conditiones omnes aggrauantes venditorem, prętер eas, quas fert natura ipſius cẽſus.

Quintò, quòd venditor ſe obligare non po-
6 teſt ad ſoluendum aliquid procuratori, ſine nuntio emptoris miſſo ab eo ad recipiendum cenſum poſt lapſum temporis.

7 Non autem exiſtimat Nauar. eſſe contra conſtit. ſi partes conueniunt, vt inſtrumentum quod continet cenſus vẽditionem habeat executionem paratam, niſi lege, aut conſuetudine hoc prohibeatur. Vide ipſum de Vſur. num. 138.

De

De octaua conditione cenſus.
Cap. XI.

1 *Ex Cenſibus decurſis non poteſt augeri cẽſus iam conſtitutus, licet poſſit augeri ex noui prętij traditione.*

VIII. Conditio.

Immò & cenſum augeri, & nouum creari, ſuper ęadem, vel alia re in fauorem ęiuſdem, aut perſonę per eum ſuppoſitę pro cenſibus temporis, vel prętериti, vel futuri, omnino perhibemus.

HOC iam ſuperius inſinuatum erat, dum cautum fuit, vt contractus tempore integrum ſolueretur prætium, ita quòd nullum debitum antea factum ab ipſo venditore in ſolutionẽ computari poteſt, neque pro toto, neque pro par
1 te, ſed àd maiorem explicationem ponitur, quòd ex decurſis cenſibus non poteſt augeri cenſus iam conſtitutus, licet ex noui prætij traditione augeri poſsit.

De nona conditione cenſus. Cap. XII.

1 *Vendens cenſum non tenetur ad alia onera ad quę alias non tenebatur.*
2 *venditor cenſus tenetur ad ſoluenda iura, quæ ratione prędij fiſco debentur.*

IX. Con-

IX. Conditio.

Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non ſpectarent.

NON tenetur ergo vendens cenſum ad alia
1 ſoluenda onera, ad quæ aliàs nō tenebatur. Inſpicienda eſt igitur lex, aut conſuetudo, ad diſcernendum cuius nam ſit onera ſoluere, num vendentis, an ementis, neque aliud in pactum eſt deducendum.

Putat autem Nauar. de Vſur. num. 135. quòd
2 iura regalia, quæ ratione prædij cenſurarij fiſco debentur, venditor, & non emptor tenetur ſoluere, nam venditor remanet dominus prædij.

De decima conditione cenſus. Cap. XIII.

1 *Cenſus re pereunte in toto, aut in parte exigi non poteſt ſi res perpetuo perit, aut infrugifera redditur.*

2 *Obligationes hipotecarię, & fideiuſſorię pro aſſecuratione ſolutionis cenſus rebus pereuntibus ceſſant.*

3 *Deſtructa re cenſui ſuppoſita culpa cenſuarij & alia reedificata extinguitur cenſus.*

4 *Cenſuarius tenetur de dolo ſi ſua culpa res cenſui ſuppoſita deſtruitur.*

X. Con-

X. Conditio.

Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire.

HAEC habetur in quinta conditione Extrauag. Martini, & Calixti, vt ſupra dictũ fuit. Vnde non poteſt amplius in dubium reuocari, an re pereunte, poſsit exigi cenſus, quemadmodum
1 Soto negabat ex illis conſtitutionibus haberi, ſed tantum, quod venditor cogi non poteſt ad reſtituendum prætium, quam interpretationem impugnabat Nauarr. vt ſupra dictum eſt in prima conditione.

Intellige autem iſtam conditionem, ſi res perpetuo perit, aut infrugifera redditur, nam ſi ex accidenti pro aliquo tempore fructum non reddiderit, non ob id extinguitur cenſus, neque etiam pro parte. Nam vt ſupra ſæpius animaduertimus, non emitur hic nec res, nec rei fructus, ſed ſolum ius percipiendi fructus. Neque etiam eſt dicendum, quòd res deſinat in parte eſſe fructifera, eo ſolo, quia non reddit tantum, quantum tempore conſtitutionis reddebat. Sic tenet Nauar. de Vſur. num. 117.

Ex hac præterea conditione colligere poſſumus obligationes hipotecarias, & fideiuſſorias fa
2 ctas pro aſſecuratione ſolutionis cenſus ab ipſo venditore, rebus pereuntibus ceſſare, etiam in to-

tum,

tum,aut in partem,& nullius eſt amplius vigoris.
3 Si autem culpa cenſuarij deſtruatur res cenſui ſuppoſita, vt domus, aut molendinum, & aliud reedificetur, hoc ſecundo conſtructum non eſt cẽ ſui ſuppoſitum, iuxta Nauar.de Vſur. num.118.
4 quia eſt aliud à priori, ſed tamen cenſuarius tenebitur ei cui debebat de dolo, aut cogetur reddere prætium, quod pro eo accepit, aut alium conſtituere ſuper alia re immobili. Vide ipſum.

De vndecima conditione cenſus. Cap. XIIII.

1 *Cenſus pro eodem pretio extingui debet ſecundum proportionem rei, quæ ſubiicitur cenſui.*
2 *Venditor poteſt extinguere cenſum in alio pretio quam in pecunia numerata.*
3 *Cenſus poteſt extingui per compenſationem liquidi debiti.*
4 *Cenſus debet extingui eodem pretio, etiam ſi ſolutio pretij in pluribus terminis facta fuerit.*
5 *Cenſus extinctio ſẽper in poteſtate venditoris eſt.*
6 *Cenſus irredimibiles continent minorem vſuræ ſuſpitionem, quàm redimibiles.*
7 *Cenſus irredimibiles prohibentur, qui eodem pretio, quo redimibiles conſtituuntur, non autem ſi maiori prætio fiant.*
8 *Legis intentio ſemper eſt inſpicienda.*
9 *Cenſus ad tempus irredimibiles tolluntur per bullam Pij V.*

10 *Venditor cenſus poteſt illum in totum, aut in partem extinguere.*

11 *Venditor poteſt obligari ad extinguendum cenſum in totum.*

12 *Cenſus poteſt extingui, vt tertia pars prætij in fine quadrimeſtris ſoluatur.*

XI. Conditio.

Sed etiam poſſe pro eodem prętio extingui, non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum pręſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſulis concepta ſint.

HIC plura ſunt per ordinem adnnotanda.
1 Primo, cum audis, pro eodem prętio poſſe extingui cenſum, quo fuit emptus, hoc intellige proportione ſeruata, vt ſi res in nullo periit, aut deterior effecta eſt, eodem prorſus prętio redimēda eſt, ſi autem pro aliqua parte detrimentum accepit, & eſt infrugifera facta, non eodem integro prętio extinguendus eſt, ſed pro rata, ideſt, quantum extimabitur cum illo detrimento, & hoc conſonat in præcedenti conditione.

2 Secundo, quòd venditor poteſt cenſum extinguere in alio prætio, quàm in numerata pecunia, licet non poſsit emi cenſus, niſi in pecunia numerata, vt dictum eſt in ſecunda conditione, & ita tenet Nauar. de Vſur. num. 123.

Tertio,

Tertio, quòd cenſus poteſt extingui per com-
3 penſationem liquidi debiti, tàm in iudicio, quàm extra iudicium, id quod in emptione fieri non poſſe ſupra in ſecunda conditione coſtitit. Sic tenet prædictus author, vbi ſupra num. 124.

4 Quarto, quòd ita eodem prætio poteſt extingui cenſus, etiam ſi ſolutio prætij in pluribus terminis facta fuerit, vt ſi intra ſpatium trium, vel quattuor menſium, nihil enim plus propter hoc poteſt emptor accipere, quam illud idem prętiū à principio datum.

5 Quinto. Animaduerte, hanc conditionem, quo ad hoc, vt ſit ſemper in venditoris facultate redimere, atque cenſum extinguere haberi in Extrauag. ſæpius citatis Martini, & Calixti, & rationi valde innititur, quoniam, ſi emptor cogere poſſet venditorem ad prętium reſtituendum, ſtatim mutuum cum vſuris exurgeret. Neque obſtat quòd hoc in emptoris grauamen ſit, nam, vt ſuperius annotatum fuit, releuatur ipſe emptor ex prætij modicitate, cum minoris emat, quàm ſi abſolute emeret.

Sexto, propter illa verba. *Non obſtantibus ali quibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus*, magna oritur dubitatio, an per illa tollantur cenſus perpetui, & irredimibiles, Verba ſi quidem manifeſte ſonare videntur, nō amplius licere cenſus huiuſmodi conficere. Attamen cenſus perpetuus ſuapte natura, magis licitus, iu-
6 ſtuſque apparet, quoniam ille eſt merus emptionis, venditioniſque contractus, abſque vlla ſpe re-

cipiendi prętium. Quando enim in venditore eſt minor libertas redimendi, contractus magis legitimus cenſetur, ac proinde minor eſt vſuræ ſuſpitio in tali contractu perpetuo irredimili, quàm cum venditor redimere poteſt. Adde quòd cenſus huiuſmodi non poſſunt in perſonis conſtitui, ſed in rebus, iiſdemque immobilibus, Vnde vſurę fraus ſubeſſe non poteſt. Quòd ſi quis dicat, poterit iniuſtitia latere, ob prætij exiguitatem, dicetur, quòd hoc idem & in aliis cēſibus accidere valet. Præterea, ſi per hanc conſtitutionem reiiciuntur omnes irredimibiles cenſus, fit conſequens, vt de medio tollantur cenſus ad vitam ementis conſtituti, qui à quibuſdā vitalitia dicūtur à Florentinis vero commiſsiones, in quibus nulla datur venditori poteſtas extinguendi, aut reſtituendi prætium. Verum huiuſmodi cenſus frequentiſsime fiunt, dum aliqui pecunię ſummam hoſpitali, aut monaſterio in perpetuum tradunt, vt dum viuit
7 tot annuatim recipiat. Nauarr. de Vſur. num. 18. reſtringit hanc conditionem ad cenſus irredimibiles tàm temporales, quàm perpetuos, qui eodem ferè prætio, quo redimibiles conſtituuntur, ſed ait non includere illos perpetuos irredimibiles, qui longe maiori prętio, & quaſi duplo, quàm redimibiles conſtituuntur, & rationem ſubdit, quoniam nulla pœnitus facultas redimendi in illis fit venditori, ac per hoc ceſſare videtur ratio præſumendi mutuum vſurarium, ex quo redimendi ceſſat facultas. Præterea hic non adeſt prætij paruitas, ſicut quando emitur cenſus cum

illo

illo redemptionis onere. Quę ſane interpretatio ſummopere mihi placet: In cuius confirmationē
8 afferri poteſt. Nam inſpicienda eſt ſemper legis intentio, quæ ſane fuit in tali Extrauag. vſurariæ prauitati occurrere; contractuſque abolere cenſuarios, in quibus vſurę ſpecies, ac repręſentatio apparet, quę cum in iſtis perpetuis irredimibilibus non aſpiciatur, ſicuti nec iniuſtitia, quotieſcunque non adſit prætij modicitas, fit conſequens, per eam non auferri, neq; damnari perpetuos cenſus, aut ſimpliciter, aut durante vita cum
9 prætij amiſsione. Sed bene tolluntur cenſus ad tempus irredimibiles, nempe ad decemnium, vt ante non ſit poteſtas venditori redimendi, adeo quòd ſi elapſo decemnio non redimat fiunt perpetui, qui ſane cēſus, licet ex natura illorum tollerari poſsint ſi adeſt iuſtum prætium, & illos tuetur Soto, & Couarr. vbi ſupra, attamen vſurę ſpeciem præſeferunt, de quibus ſuperius dictum eſt: Videtur ergo planus verborum ſenſus in iſta conditione, quòd ſi cenſus conſtituitur regulariter cū ſolito prætio minori propter onus reuendendi; quod in ſe ſuſcipit emptor, non poteſt adiici pactum vllum, per quod venditor extinguere non valeat, alioqui vſura, aut ſaltem iniuſtitia eſſet; Si autem cenſus perpetuo ematur cum amiſsionē prætij, & longe maiori, & iuſto prætio, nullam in huiuſmodi vſuræ, aut iniuſtitiæ ſuſpitionem, vel vmbram aſpicio.

Septimo. Dubitatio emergit ex dictis. An huiuſmodi facultas adeo ſit in venditore ad cenſus

extinctionem, vt non ſolum in totum, verum etiã in partes extinguere valeat. Et quidem nihil de hoc habetur in pręſenti conſtitutione, quanquam in Extrauag. Martini, & Calixti cõtinetur, vt quoties voluerit debitor in totum, vel in partem extinguere in ſuo ſit arbitrio, & iuxta Nauar. innititur
10 hoc iuri humano antiquo, & communi, quòd creditor poteſt cogi ad accipiendum debiti partem, quæ ei offertur, niſi cum nimis minutatim offertur, & hanc dicit fuiſſe opinionem Alciati, & Decij in l. Quidam exiſtimarunt ff. de rebus cred. Sed an per illa verba Extrauag. excludatur pactũ quo venditor obligetur extinguere tantummodo totum, & non partem prætij? Reſpondetur
11 Soto (& iudicio meo ſatis rationabiliter) quòd per illas non prohibetur huiuſmodi pactum, eò quòd pactum iſtud nõ facit mutuum ſub vſuris, ſed remanet contractus in ſua natura, & ſpecie emptionis, & venditionis, licet ob prætij exiguitatem iniuſtitia ineſſe poſsit, eo quod tale pactũ cum ſit in reuelamen emptoris, deberet propter hoc prætium augeri. Durum etiam videtur, & rationi parum conſentaneum, vt in venditoris facultate ſit, cum voluerit, minutatim, & fruſtatim per partes extinguere cum tãto emptoris incommodo, qui ſi integrum prætium reciperet, poſſet emere prædium, & rem ſuam vtiliter agere, id quod facere minus poterit, ſi partes prætij ſeorſum, diſtinctiſq; temporibus reciperet. Poteſt autem iuſte conueniri, vt dimidium cenſum ſoluatur in fine ſemeſtris, & reliquum in fine anni, aut

quòd

quòd tertia pars in fine quadrimeſtris & hic eſt Romanus vſus, vt dicit Nauar. de Vſur. num. 134.

De duodecima conditione cenſus. Cap. XV.

1 *Cenſus extinctio per bimeſtre emptori eſt denuntianda, & poſtea per annum poteſt cogere venditorem ad prætij reſtitutionem.*

XII. Conditio.

Cum vero traditione prætij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre id denuntiari ei, cui prætium dandum erit, & poſt denuntiam (intra annum tamen) etiam ab inuito prætium repeti poſſe, & vbi prætium nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus, quandocumque redditum extingui poſſe, preuia tamen ſemper denuntia, de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idque obſeruari mandamus, etiam quòd pluries, ac pluries denuntiatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet.

1 VIDETVR hoc in emptoris fauorem poſitum, vt habeat bimeſtre tempus ad vtiliter diſponendum de prætio, quòd recipiet, & etiam infra annum venditorem ad prætij reſtitutionem cogere poteſt, aliàs autem minime, vnde ſequitur.

De decimatertia conditione cenſus.
Cap. XVI.

1 *Pactum fieri non poteſt, vt emptor cenſus prętiũ repetat quandocunque voluerit.*
2 *Emptor cenſus poteſt cogere venditorem ad reſtituendum prætium, quando venditor in re non libera cenſum conſtituiſſet.*

XIII. Conditio.

Pacta etiam continentia prętium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus.

HVIVSMODI conditio, quò ad id, quòd venditor cogi non poſsit ab emptore ad prætij reſtitutionem habetur etiam in Extrauag. Martini, & Calixti, & ſimpliciter neceſſaria videtur, alioqui ſi vltra ſortem plus ad arbitrium ementis recipitur, iam non emptio, at mutuum ſub vſura
1 ſtatim elucebit, ni forte illud plus nempe redditus in ſorte computetur, & quidem Nauar. de Vſur. num. 122. tenet non poſſe fieri pactũm, vt emptor prætium repetat quandocunque volet cõputatis in ea omnibus cẽſibus antea receptis, quia per eiuſmodi pactũ aperiretur via fraudibus. Vnde tollũtur cenſus redimibiles ad prẽfinitũ tẽpus, nẽpe trium, aut plurium annorũ, vt poſtea non ſit

am-

amplius redimendi facultas, aut quòd ante illud tempus cogi poſsit venditor ad redimendum, de quo ſupra dictum fuit. Sunt ergo cenſus omnes perpetui ex parte ementis, & ex parte vendentis ſemper eſt libera redimendi poteſtas.

Limitat autem Nauar. de Vſur. num. 116. hanc conditionem, vt emptor venditorem compellere poſsit ad reſtituendum prætium in caſu, quo venditor cenſum conſtituiſſet in re non libera, ſuper qua non poterat, nam emptor prætium dederat propter cenſum in re libera conſtituendum.

De quartadecima conditione cenſus. Cap. XVII.

1 *Ignorantia laborantes excuſantur ab vſuræ vitio ſi cenſum in alia forma conſtituerint, quam ſit in bulla Pij V.*

2 *Cenſus qui non fiunt per viam emptionis, ac venditionis, ſed alio titulo poſſunt per aliam formam fieri, quàm ſit in bulla Pij V.*

3 *Cenſus poteſt conſtitui per ſententiam iudicis.*

4 *Diſpoſitio fundata in præſumptione non habet locum, quando rei veritas contrarium habet.*

5 *Vſura de iure poſitiuo dari poteſt.*

6 *Simonia de iure poſitiuo datur.*

7 *Bulla Pij V. de cenſibus continet aliqua quæ ſunt tantum iuri poſitiui.*

8 *Bulla Pij V. de cenſibus ligat omnes chriſtianos, quo ad omnia, quæ in ea continentur.*

9 *Lex*

9 *Lex papæ circa ſpiritualia vbique eſt ſeruanda.*
10 *Forma, quę dat eſſe rei ſpeciem inuariabilem conſtituit.*

XIIII. Conditio.

Contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obſtantibus, quicquid vel expreſſe, vel tacite, contra hæc noſtra mandata, dari, remitti, aut dimitti contingat à fiſco volumus poſſe vindicari.

1 Excvsantvr nihilominus hi, qui ignorantia inuincibili laborantes, nihil contra cõſtitutionem agere intendunt.

Notandum quoſdam, vt Nauar. de Vſur. nu. 98. intelligere hanc cõſtitutionem, ſolum locum habere in contrahendis cenſibus illis, qui fiunt per modum emptionis, & venditionis, aut in aliis
2 equiualentibus, in quibus dato prętio, cenſus conſtituitur. Vnde deducit, quod ſub alia forma poſſunt cenſus conſtitui, vt per contractum donationis, per viam dotis, per donationem propter nuptias, per dotationem cappellę, & eccleſiæ, & multo magis per viam legati, fideicommiſsi, ſeu alterius vltimę voluntatis, tum quia in hac Extrauag. diſponitur tantum de cenſibus, qui prætio accepto reſtituuntur, tum quia in cęteris contractibus ceſſat ratio præſumptionis vſurarum.

3 Vnde colligit idem doctor, quòd per ſententiam iudicis poteſt conſtitui cenſus, quia tunc nõ

poteſt

poteſt præſumi fraus vſuraria, ſicut in contractu ſi conſtituatur in rebus immobilibus, ſecus autem ſi in rebus mutuabilibus conſiſtentibus in numero, pondere, & menſura conſtitueretur, quia tunc non eſſet valida conſtitutio in foro exteriori, licet in foro Dei poſsit eſſe valida, ſi à iudice ſuper illis etiam mutabilibus cenſus imponeretur, aut pro intereſſe, aut in pœnam contumaciæ, quia diſpoſitio fundata in præſumptione non habet lo-
4 cum, quando rei veritas contrarium habet.

Vlterius notatur, feneratitios iudicari cenſus ſub alia forma celebratos, quanuis in huiuſmodi forma multa habeātur ex ſolo iure poſitiuo vim habentia, & tamen vſura diuino naturalique iuri
5 aduerſatur. Vnde colligi poteſt dari vſuram de iure poſitiuo, niſi forte quis dixerit vſuram ineſſe cenſibus, quatenus repugnaret conditionibus illis poſitis, quæ ſunt diuini, naturaliſque iuris, ſed hoc clarũ erat, nec opus fuit declaratione, & prę terea, non video, quin aliqua vſura de iure poſitiuo eſſe non poſsit, cum etiã detur ſimonia ex ſolo
6 iure poſitiuo, prout tenent communiter doctores in c. Saluator 1. q. 3. & glo. in c. ex parte el 2. de offic. deleg. Silueſter in verbo Simonia §. 4. & Soto de Iuſt. & Iur. lib. 9. q. 5. ar. 2. licet cõtrarium putauerit. Durandus 4. d. 25. q. 5. cuius rationes alias diſſoluimus. Si ergo datur ſimonia ex iure mere poſitiuo, quid vetat, ex eodem iure dari quoque vſuram?

Poſſumus quoque colligere conſtitutionem hanc, quatenus decernit contractus ſub alia for-

ma

ma celebrandos, eſſe feneratitios, non tantum in ducere ius poſitiuum, verum etiam declarare ius
7 naturale. Nam vſura concernit ius naturale, & diuinum, & in hac Extrauag. aliqua continētur, quæ ſunt diuini, naturaliſque iuris, aliqua vero quæ ſunt poſitiui tantum, vt ſupra obſeruatum fuit. Vnde propter hoc quidam, vt Nauar. de Vſur.num. 106. & 107. volunt,quo ad ea, quæ ſunt diuini, naturaliſq; iuris ligare omnes in vniuerſo,etiam non ſubditos temporaliter dominio papæ,& etiam quo ad ea,quæ ſunt poſitiui iuris, quę inducuntur ad faciendam præſumptionem, quod cenſualis contractus ſit vſurarius,nam hæc etiam ligant vniuerſos, eo quòd leges pontificiæ latę circa ea in quibus vertitur periculum animę, etiam ſi non contineant leges naturales, & diuinas, debent ſeruari apud omnes chriſtianos in vtroque foro, hæc autem eſt huiuſmodi,quia declarat eſſe peccatum vſurę, ſi aliter cenſus fiant. Sed quò ad ea,quæ non continent ius naturale,& diuinum,neque modum præſumendi cenſum eſſe vſurarium, ſicut prælatio emptoris in venditione rei cenſui ſuppoſitæ,& denuntiatio, quæ ei fieri debet ante duos menſes, & alia quædam dicit, quòd non ligant omnes, ſed ſolos ſubiectos temporali eccleſiæ dominio. Attamen crediderim ſentiendum eſſe, quòd quò ad omnia quæ ibi continentur obliget omnes chriſtianos, & ra-
8 tio eſt,quia poſtquam omnes conditiones propoſuit,expreſſe declarat contractus poſthac ſub alia forma celebrandos feneratitios, quod eſt ad peccatum

catum obligare, & clarum eſt legem papæ circa
ſpiritualia eſſe vbiq; ſeruandam, & apud omnes
9 etiam non ſibi temporaliter ſubiectos,& licet cō-
ditiones illę de iure poſitiuo antequam ederetur
talis conſtitutio in cenſibus, in quibus appoſitæ
non erant non inducerent in illis vſuram, tamen
dici poteſt,quòd poſt latam legem inducunt vſu-
ram de iure poſitiuo, & hoc ſat eſt ad ligandum
omnes,ex quo decernitur peccatum eſſe,id quod
poſitiuę leges, præſertim eccleſiaſticę efficere poſ
ſunt,vt ſub reatu peccati obligent,ac per hoc om
nes obligent, cum omnes teneantur peccata vita-
re,etiam venialia. Præterea aſſerere conſtitutio-
nem, aut legem,quæ formam contractus definit,
atque decernit multis requiſitis ad illam, quò ad
aliqua omnes ligare,quò ad aliqua vero non,prę
ter hoc,quòd confuſionem parere poteſt, rationi
parum conſentaneum videtur,eò maxime,quòd
tota lex,& conſtitutio huiuſmodi ad idem tendit
ad idemque refertur, nempe ad inducendam for
mam cenſualis cōtractus, & quemadmodum for
10 ma, quæ dat eſſe rei in naturalibus ex additione,
aut ſubtractione variatur,eo quòd ſpeciem inua-
riabilem conſtituit, ita proculdubio proportione
quadam in cæteris,forma,quæ dat eſſe,& qua ali
quid ſuo modo in ſuo eſſe conſtituitur inuaria-
bili modo conſiſtere debet, propterea videtur di-
cendum, quòd tota hac conſtitutio, quò ad om-
nes ſuas partes omnes obliget chriſtianos.

De quintadecima conditione cenſus. Cap. XVIII.

1 *Prætium cenſui ſemel conſtitutum immutari non poteſt ex parte vendentis.*

2 *Emptor cenſus poteſt alteri vendere cenſum maiori, vel minori pretio, quàm ipſe emerit.*

XV. Conditio.

Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, ne dum in cenſu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modò poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporis, aut contrahentium qualitatem, aut aliud accidens, nec quò ad vltimo contrahentes minui, vel augeri.

1 QVòd pretium cenſui ſemel conſtitutum immutabile perſeueret, intellige ex parte vendentis, qui pro eodem prætio poteſt ſemper cenſum extinguere, nullo quouis accidente obſtãte. At non video, quòd huic conſtitutioni repugnet, ſi emptor cenſus maiori, aut minori prætio cen-
2 ſum alteri vendat, poteſt enim tractu temporis iuxta varia accidẽtia augeri, & decreſcere pretium, ac per hoc cenſus, qui eo tempore, quo conſtitutus fuit emptus fuit centum, poſt plures annos pluris

pluris,minoriſque valebit,atq; ita illius dominus poterit plus, minuſque vendere, hoc enim nihil officit primo vendenti, qui cenſum fundauit, ex quo cogi non poteſt, vt pro maiori prætio redimat, & ſic poſſunt intelligi illa verba, *nec quo ad vltimo contrahentes*, decernentia,quòd ſi etiam alteri cenſus vēdatur poteſt nihilominus ab eodem redimi, pro eodem præciſe prætio, quo ab initio fuit emptus, licet maiori,vel minori prætio alteri poſtea venditus fuerit. In huius confirmationem affero,quod refert Nauar.de Vſur. nu. 112. quòd Romæ venduntur cenſus maiori, & minori prætio,quàm empti fuerint,iuxta pluralitatē, & paucitatem emptorum,licet ille trepidet hoc aſſerere in foro exteriori propter verba huius Extrauag. Sed iudicio meo illa non obſtant, iuxta intellectum datum.

De ſextadecima conditione cenſus. Cap. XIX.

1 *Bulla Pij V. non extenditur ad cenſus antea creatos.*

2 *Bulla Pij V. hortatur, vt cenſus antea creati cenſuræ bonorum ſubiiciantur.*

VLTIMO loco Pontifex,declarat huiuſmodi conſtitutionem non extendi ad cenſus antea creatos,hortatur tamen,vt hos contractus cenſuræ bonorum ſubiiciant. Sic enim concludit.

XVI. Con-

XVI. Conditio,

Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubiciant, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ Anno Domini MDLXVIII. XIIII. Kal. Februarij.

Et hæc ſatis de cenſibus dicta ſint, ſub peritiorum cenſura.

DE LVDO, ET DE HIS, QVAE PER LVDVM requiruntur iuſta retentione, ac reſtitutione.

Tractatus.

Authore R. P. F. THOMA Boninſignio Sacrę Theologiæ profeſſore, ac Theologo publico Florentino.

Quæ ſit autoris intentio. Cap. I.

1 *Ratio menſura virtutis.*
2 *Dauid rex ante archam luſit.*
3 *Ludus ad exercitationem corporis honeſtus.*
4 *De Ludo delectationis, & lucri cauſa dicendum.*

PROPOSITI mei eſt de ludo ſermonem habere, quò bonis mentibus, iiſque, qui in ſuis actionibus rationis lineam quę ſane omnis eſt menſura virtutis, tranſilire nolunt, morem
1 geram. Id autem omni qua potero brevitate, & claritate ſimul à me efficietur, ne dum lumine naturæ fulctus quod plane in morali philoſophia expreſſum habemus, verum etiam diuina illuſtratione munitus, quæ ſane tum in ſacris literis, tum apud catholicos autores plurimum ſplendet.

Non eſt autem inſtituti mei nunc, de omni ludorum genere in vniuerſum dicere, quorum aliqui excitandæ deuotionis gratia erga D.O.M. fieri ſo-
2 lent. Quemadmodum & rex Dauid ſpiritu plenus ante Archam Dei ludens ſaltauit, licet vxor Michol egre id tulerit, atque indignationem conceperit. Neque de illo ludi genere dicendum mihi eſt, quod ad corporum agitationē, atque exercitationem refertur. Hos etenim ludos honeſtos
3 eſſe, ſi rationis moderatio adſit, nemo certe eſt, qui ambigat. De duobus igitur ludorum generibus dicam, quorum alterum illud erit quod
4 delectationis, voluptatiſque gratia ſuſcipitur, alterum vero, quod ad lucrum refertur. De quo præcipua eſt intentio.

De Ludo, qui delectationis gratia ſuſcipitur. Cap. II.

1 *Ludus delectationis cauſa honeſtus, ſi in eo finis non conſtituitur.*
2 *Virtus Eutrapeliæ ludo præſidens.*
3 *Voluptas non propter ſeipſam expetenda.*
4 *Amici cauſa delectationis pauci eſſe debent.*
5 *Ludus voluptatis doctrinæ Chriſti, & ſanctorum non aduerſatur.*
6 *Hiſtrionatus ars de ſui natura non eſt illicita.*

PERSPICVVM ſane, atque indubitatum eſſe poteſt, prius illud ludendi genus, quod volu-

pratis

ptatis capiẽdę gratia inter homines vt plurimum
1 conſueuit,nihil rationi pugnare,dummodo in eo neque finis conſtituatur, neque omnem curam cogitationem,operamque collocemus. Vnde Ariſtoteles libro 3. & 4. Ethicorum, virtutem ludo
2 præfectam,quam græci eutrapeliam vocant, conſtituit,duros, atq; agreſtes eos exiſtimans,qui ludum omnem,quanuis moderatum abiiciunt. Seneca quoque monebat, in communi hominum conſuetudine iucundum ſe quemlibet gerere, & vrbanitate,feſtiuitateue vti oportere,ne rudis, aut aſper videretur. Pulchra nimirum fuit M.T. primo ſuorum officiorum libro monitio, vbi ait, ludo,& ioco vti quidem licet,ſed ſicut ſomno, & quietibus cęteris,tunc,cum grauibus,ſeriiſque rebus ſatisfecerimus. Et quemadmodum corpus labore defeſſum refocillatione indiget, ſic & animus grauibus detentus cogitationibus, aut in altiſsimis contemplationibus diu aſſuetus ioco, &
3 ludo aliquo honeſtiore recreatur. Non eſt autem finis in voluptate capienda ſtatuendus, cum voluptas non propter ſe ipſam, ſed propter actionem quęratur, alioqui,ſi voluptate, ceu ſine frui velimus, maxima dubio procul noſtra erit impietas, tanquàm in bono creato, & finito fœlicitatem po
4 namus. Quapropter ſapienter Ariſtoteles libro nono Ethicorum dixit. Qui delectationis cauſa quærũtur amici per paucos eſſe debere,ſi quidem ad vitam traducendam modica voluptas ſufficit tanquam illius condimentum, ſicut & parum ſalis ad cibos condiendos. Neque in alicuius cogi-

tationem cadere velim, vt id quod de ludo modo
1 do dictum eſt, doctrinæ Chriſti,& ſanctorum patrum
aduerſarium ſit quanuis genera omnia ludorum
deteſtari videantur. Quæ enim apud Lucam
cap.6.minatur Saluator. Veh vobis qui ridetis
&c. ad illos referuntur,qui omnẽ curam cogitationemq;
in voluptatibus collocarunt. Dictum quoque
Salomonis; libro Prouerbiorum 14. Riſus
dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus
occupat, de ſtultis intelligitur, qui non niſi vanas
mundi huius delectationes quærunt. Hieremias
autem,qui de ſe ipſo loquens ait. Non ſedi cum
conſilio ludentium, infęlicitatem illius ſtatus exprimere
voluit, babilonicę nẽpe captiuitatis,tunc
enim in ſalicibus,organis,tibiis,timpanis,omniq;
muſicę inſtrumento ſuſpenſis, in terra aliena,
barbarę gentis iugo oppreſsis cantare, atque exultare
fas Dei populo non erat. Vnde dixerunt.
Quomodo cantabimus canticum Domini in terra
aliena. Quemadmodum & Tobias dicens.
Nunquam cum ludentibus me miſcui, de vanis
illicitiſque ludis intellexit. At Ambroſius,qui primo
officiorum libro ludum omnem vituperare
videtur ad ſacras, atq; eccleſiaſticas perſonas hoc
forte retulit. quibus ſane pro ſui ſtatus dignitate
per conſuetudinem ludere non eſt cõſentaneum,
quanquàm ad modicum tempus illis quoque permitti
valeat. Sicut de Antonio, deque Ioanne
Euangeliſta legimus, qui vitam auſteram ducentes.
quandoque cum auiculis animum relaxabãt.
Chriſoſtomus vero cum dixit. Non dat Deus ludere,

dere,ſed diabolus, de illis loquitur,qui in ludo ſe ſe pœnitus inuoluunt, & quodammodo immer-
6 gunt ad nil aliud fere aſpicientes, & Auguſtinus vituperans eos, qui hiſtrionibus donant, non propterea hiſtrionatus artem illicitam facit,ſi pra uis circũſtantiis quæ illicitam reddunt ſpolietur.

An qui ludis prohibitis interſunt peccent. Cap. III.

1 *Peccant qui interſunt ludis illicitis, ſi eis ex officio alios retrahere incumbit.*

2 *Ludi prohibiti ſimplex ſpectator non cooperans non peccat.*

3 *Peccat qui ludo prohibito intereſt, voluptatem ex illo capiens.*

4 *Poteſt aliquis lętari de effectu bono qui ſequitur ex actione mala.*

5 *Ludus per taurorum agitationem factus,ſublatis periculis licitus eſt.*

6 *Tauros temere aggredientes grauiter peccant.*

7 *De peccatis in ludo commiſſis non eſt lętandum.*

DVBITARI ſane poteſt ſi qui ludis prohibitis interſunt peccent. Reſpondetur, quòd
1 dubio procul peccãt hi, quibus ex officio incumbit ab his illicitis ludis homines retrahere, ſi illis interſunt. Quoniam ſic aſsiſtentes fauorem,atq; authoritatem illicito actui conferre videntur. Si autem perſona priuata ſua præſentia illicito ludo

cauſam

cauſam præſtat, peccat quidem,tanquam illi coo
perans , ſi vero cauſam non dat , tantummodo
2 ſpectator adeſt, minime peccat, ni eiuſmodi ludi
voluptatem capiat, alioqui peccaret,quemadmo
3 dum, & ludentes. Quare ſi ludus, aut ex ſuo ge-
nere,aut ex mala circunſtantia, aut quia lege pro
hibitus mortale crimen extiterit,mortaliter quo-
que illi delinquerent,qui illis intereſſent,cum iu-
xta apoſtolum digni morte ſint non ſolum qui fa
ciunt,ſed qui facientibus conſentiunt. Neque po
teſt quiſpiam excuſationem prætẽdere, quoniam
illius ludi voluptas capi poteſt, non tanquam ma
la deprauatus circunſtantia, ſed quatenus ſuapte
natura illicitus non eſt. Nam quoties actio ali-
qua ex circunſtantia mala efficitur delectatio ex
4 ea capi minus poteſt. Quanquam de bono quod
ex ea ſequitur lętari permittitur. Quemadmodũ
gaudere licet de prole ex adulterio nata,de victo
ria,quę ex tanta hominum cede profecta eſt,deq;
his ſimilibus euentibus. Hinc etiam reſponderi
poteſt petenti. Si licitus eſt ludus,qui fit per tau-
5 rorum agitationem. Nam ſi hi, qui rempubli-
cã adminiſtrant, ne quid mortis, aut magni dam-
ni periculum ſequatur, procurant, non peccant
huiuſmodi ludum permittentes, etiam quòd ali-
quid inde damnum ſequatur,hoc etenim præter
illorum intentionem accidit. quibus ſane fortui-
6 ti quidam caſus,& mali euentus,qui de raro con
tingunt imputandi minime ſunt.Grauiter autem
errant,qui temerario auſu taurum aggredientes,
diſcrimini vitæ ſe obiiciunt. At qui adſunt, lętari

quidem

quidem iure poſſunt de his quæ ibi contingunt, non tamen de peccatis, quæ forte ibi perpetran-
7 tur, aut de accidentibus damnis voluptatem capere queunt.

De ludo lucratorio. Cap. IIII.

1 *Ludentes ludo lucratorio relaxandi animi cauſa, etiam quòd aliqua ſumma pecuniæ exponatur, non peccant.*

AD ludum autem, qui ad lucrum refertur deueniens (quod certe primaria eſt huius tractationis intentio) de illo loquor, qui lucri cauſa exercetur, quemadmodum eſt ludus alearum, cartarum, & taxillorum, atque ſimilium, qui magis à fortuna, quàm ab induſtria proficiſcuntur.
1 Qui enim his non ob lucrũ principaliter intenderet, ſed animi relaxandi cauſa, non peccaret, quanquam in talibus ludis, aliqua pecuniæ portio exponitur, hęc enim non tanquam finis ponitur, ſed velut ſtimulus quidam, ac medium ad animi recreationem. De ludo itaque qui prima intentione ad lucrum refertur dicere inſtituens, duo erũt principalia pertractata. Primo nanque vidẽdum eſt, ſi ludus hic ſemper ſit mortale peccatum. Secundo loco conſiderandum erit. Si qui in ludo hoc lucrantur, id quod acquirunt reſtituere teneantur.

An ludus lucri cauſa factus ſemper ſit mortale peccatum. Cap. V.

1 Ludus lucratorius ex genere ſuo non eſt peccatũ.
2 Actio habẽs malitiã intraneã nunquã licita eſt.
3 Intentio lucri non facit ludum malum.
4 Fortuna & caſus non efficiunt ludum malum.
5 Apoſtoli ſortibus vſi ſunt in electione Mattiæ.
6 Fortuiti caſus in diuinam prouidentiã referũtur.
7 Sorti quidpiam committere abſque Dei tentatione non eſt peccatum.
8 Ludus ex malis euentibus illicitus efficitur.
9 Ludus ex immoderata lucri cupiditate illicitus redditur.
10 Ludentes latrones ab Ariſtotele dicti.
11 Peccant ludentes cum non dominis, & cum illis, qui adminiſtrationẽ ſuorum bonorũ non habẽt.
12 Peccant grauiter fraude & dolo in ludo vtentes.
13 Ludentes tempore implendi diuina mandata & diebus feſtis peccant.
13 Peccant qui ludentes aliis ſcandalo ſunt.
15 Qui licite ludit non violat præceptum de non cõcupiſcendo rem alienam.
16 Intellectus illius pręcepti verus.

AC de primo quidem dicere volens. Ego nunquam illis aſſentire potui, qui ludum omnem in vniuerſum damnant, atque vituperant, neque ſolum ālearum, cartarum, & taxillorum

ludos abhorrent, ſed quemlibet fortuitum ludũ, vt ſponſiones vadiationes, ludum ollę, mercium aſſecurationem, & quemlibet alium, ſic nanque abſolute, & indiſtincte loqui, mentes confundit, & conſcientias perturbat ne dum pœnitentium, ſed ſacerdotum qui à confeſsionibus illorũ ſunt.
1 Si enim ludos fortuitos ſpectemus, ſi legibus humanis non prohibentur. legem naturæ ſectando, & ex genere ſeu obiecto illos contemplantes, neque rationi obſtant, neque virtuti aduerſantur. Quoniam ſi ſuapte natura rationi pugnarent, & intranea illis malitia ineſſet, certe nullo vnquam caſu fieri poſſent, nec relaxandi animi gratia. Humanæ ſi quidẽ actiones quibus innata eſt malitia atque deformitas, nulla ratione, nulloque euentu iuſte, ac recte exerceri valent, quemadmodum erudite docuit philoſophus libro ſecundo
2 Ethicorum.. Neque lucri intentio ludum ma-
3 lum reddit, ſi moderatione non caret, niſi omnem contractum lucri cauſa inter homines cele-
4 bratum damnare voluerimus. Non etiam turpis efficitur ludus propterea quod fortunę temporalia bona exponantur, alioqui ſortes omnes diuiſoriæ vituperandę ſunt. cum quibus inter coheredes ſæpenumero hęreditates diuiduntur. Quin & in electione Mattię ad ſummum apoſtolatus
5 munus, ſortibus vſi fuerunt apoſtoli. Inſuper & merciũ, quę de loco ad locũ non abſq; publica cõmoditate deferuntur aſſecurationes. Quoniam vt
6 ritè docuit D. Th. fortuiti caſus ad infallibilẽ Dei prouidentiã, penes quę nihil fortuitũ eſſe poteſt,

cum

cum æternitatis oculo omnia proſpiciat, referuntur. Quapropter ſorti quid piam committere,
7 dummodo nō temere fiat, & tentandi Dei cauſa, id nō agatur, hoc eſt voluntatis diuinæ diſpēſatio ni euentum rei relinquere. Sicuti dixit Salomon Prou.cap.16. Sortes mittūtur in ſinu pauperū, & à Domino temperantur. Cum igitur ludi natura nihil habeat quod rationi pugnet, neque ideo quòd ſorti, ac fortunę committatur, ſi illius deformitatem, atque turpitudinem intueri velimus, ad accidentia, quæ ipſum circunſtant aſpiciendū eſt. His nanque iniquus redditur atque illicitus effi-
8 citur, nempe ex malo euentu, qui ſæpius contingit, cum ludentes quandoque in ſummam decidant pauperiem, calamitatemque, non abſque familię maxima iactura. Vnde Liricus poeta, ſic ait.

„ *Quem damnoſa Venus,*
„ *Quem præceps alea nudat.*

Huic præterea malo, infœlicique euentui alter etiam grauioris ponderis adiungitur, horribiles nempe blaſphemię, dirę maledictiones, impię execrationes, periuria, vanæ, & omni honore carentes tremendiſsimi nominis Dei nominationes, quæ profecto vitia atrocia, atque enormia, vt plurimum ludum comitari ſolent. Quare peſsimum
9 omnino illum reddunt, atque execrabilem. Ex immoderata quoque cupiditate, atque ardenti lucri deſiderio vitioſus efficitur ludus. Idcirco apte
10 ab Ariſtotele furto comparatur, ludentes latrones appellans, quoniam omni poſt habita liberalitate, auaritia eſtuantes, ab amicis (quibus do-

nandum

nandum eſſet) res proprias auferre quærunt. Pec-
11 cat vlterius,qui cum his ludunt, qui quidem rerum, quas ludo exponunt domini non ſunt, aut ſi domini ſunt, liberam nihilominus rerum illarum adminiſtrationem non habent,quemadmodum ſunt pupilli, minores, furioſi, mulieres nu-
12 ptæ, atque alij. Errant grauiſsime,qui ludentes dolo, atque fraude vtuntur. Adhuc & tempus
13 ludum reddit illicitum. Vt ſi eo tempore quis ludat,quo diuina implere mandata quorum omiſſio peccatum mortale eſt, tenetur. Quemadmodum, & in diebus ſacris, in quibus homines Deo vocare, & diuinorum beneficiorum contemplationi intendere habent, ludere nepharium eſt.
14 Quando etiam ludus ipſe non abſque ſcandalo exercetur, eſſetque aliis delinquendi occaſio, crimen certe magni momenti eſſet. Ex his ſimilibuſque accidentibus, ludus, qui ſuo genere peccatum non eſt, vitioſus fit & vituperabilis. At ſi ab huiuſmodi prauis circũſtantiis exui poſſet, ita quòd nihil, quod dedeceat ex illo profiſceretur, nulla certe lege, neque diuina, neque humana
15 prohibetur. Neque,qui ſic licite ludit,illius præcepti violator cenſendus eſt,quo alterius rem cõ-
16 cupiſcere inhibetur. Illud equidem ſic accipiendum eſt, vt nemo modis illicitis, atque iniuſtis rem alienam cupere valeat, quemadmodum qui contra domini voluntatem illam deſiderat. Nam ſicut, qui domum, poſſeſsionem, ſeu quamlibet aliam rem, iuſto quodam titulo, vel emptionis, aut permutationis, ſeu donationis concupiſcere,

&

& etiam habere nullius eſt præcepti tranſgreſſor, ita qui iuſto modo ludēs, & abſque fraude lucrari exoptat, præcepti illius, diuini, Non concupiſces rem alienam reus certe non eſt.

An humanis legibus ludus prohibeatur. Cap. VI.

1 *Ludens ludo lege prohibito peccat.*
2 *Humanæ leges obligant in conſcientia.*
3 *Lex pręcipit ſolos actus virtutum.*
4 *Culpa pœne reſpondet.*
5 *Humanę leges non obligant ſemper ad mortale peccatum.*
6 *Ludere ludo lege prohibito ſemper eſt veniale peccatum.*
7 *Ludere ludo lege prohibito animo lucrandi etiā notabilem quantitatem non eſt mortale peccatum.*
8 *Ludere non eſt mortale peccatum niſi propter illum prętermittantur ea quę ad ſalutem neceſſaria ſunt.*
9 *Locus ſacer non facit ludum mortale peccatum, niſi eſſet ſpecialis prohibitio legis.*
10 *In loco ſacro prophanę comedię non ſunt recitandæ.*
11 *Clericus, & religioſus honeſte ludentes non peccant mortaliter.*
12 *Tempus ſacrum non facit ludum eſſe mortale peccatum.*

13 *Ludi fortuiti magis liciti quam induſtrij.*

14 *Animi relaxatio finis eſt ludi.*

15 *Clerici & religioſi mortaliter peccant, ſi magnam quantitatem pecunię ludo exponant pręſertim de fructibus beneficij.*

16 *Clerici ludẽtes ab officio,& beneficio deponũtur.*

17 *Prodigalitas de ſui genere non eſt mortale peccatum.*

18 *Humanæ leges de ludo vſu abrogatæ.*

POSTEAQVAM neque naturali, neque diuina lege ludus ſua natura damnari poteſt,ope
1 repretium eſt videre ſi humanis prohibeatur legibus,vt proinde peccatum exiſtat. Equidem qui ludo humanis legibus vetito luderet, dubio procul peccaret, ni leges contrario fuerint vſu abrogate, Quandoquidem hominum leges ſi hone-
2 ſtate pollent, neque Dei aut naturæ legibus aduerſentur, conſcientias adſtringunt & obligant.
3 cum publica poteſtas à Deo ſit, iuxta illud. Per me reges regnant, & conditores legum iuſta decernunt. Quapropter quemadmodum lex non niſi virtutum actus imperat,ſic neque quicquam aliud præter vitia prohibet. Siq; his facinoroſis pœnam lex conſtituit, culpa eos non vacare com
4 pertum eſt,cum pœna culpæ reſpondeat. Quòd igitur ex legis prohibitione ludus peccatum non euadat, inficiari quidem minime poteſt. At non ſemper ex huiuſmodi prohibitione,mortale pec-
5 catũ cenſendũ eſt, cum hominum leges ſub reatu culpę mortalis non ſemper tranſgreſſores ligent.

Id au-

Id autem multo iudicio,conſiderationeque ex re bus prohibitis diſcerni debet. Cumque oſtenſum fuerit ludum ſuo genere peccatum non eſſe,ſi pra nis vacat circunſtantiis, idcirco non omnes ludi qui lege cauentur mortalia crimina cenſenda ſunt, ſed ex variis euentibus,atque accidentibus tum perſonæ, tum temporis hoc ſumendum eſt.

6 Et quidem doctor Nauarrus opinatur ludere ludo lege interdicto peccatum ſemper eſſe veniale, id quod mihi ſatis probatur. Sed quòd fiat mor-

7 tale crimen ex ſola intentione lucrandi,etiam no tabilem ſummam, cum eo tamen,qui donare,& de ſuo lbere diſponere valet, id certe non puto. Sic ſentit D. Caietanus in 22.q.168.ar.3. Neque etiam nimia lucri cupiditas mortale illum reddit, ſi leges tranſgreſſores ad mortale peccatum obligantes non violantur,vt ſi ob ludum,miſſę audi-

8 tio prętериretur, cum ſub præcepto hoc cadit, & ſolutio creditori facienda omitteretur, & in vniuerſum ſi id,quod ad charitatem Dei,& proximi

9 acceſſario pertinet prætermittatur. Nec etiam locus mortale crimen conſtituit, ni ſuper hoc ſpecialis eſſet prohibitio. Quemadmodum ab Inno-

10 centio tertio,in cap. Cum decorem. De Vita, & hon. Cler. lege cautum eſt,ne in locis ſacris prophanæ commedię recitentur. Præter id, quòd in talibus locis ludere ſcandalum eſt, & Dei domus

11 dedecus. Perſonæ quoque circunſtantia mortalem culpam non arguit, ſi contra legis edictum quis ludat. Quando quidem,nec clericus, neque religioſus ſi honeſte ludunt, leges frangunt ſub

mortalis

mortalis peccati reatu adſtringentes. Quemad-
12 modum, neq; tempus ſacrum id operatur, ſi miſ-
ſę auditio non prętereatur. Neque etiam ludum
eſſe fortuitum in cauſa eſt, vt ludétes letaliter de-
linquant. quando & huiuſmodi ludi fortuiti per
13 miſsi magis videntur, quàm induſtrij, in quibus
plane animus potius defatighatur, quàm relaxe-
14 tur, & tñ animi relaxatio finis ludi eſt, vt tradunt
omnes. Quibuſdam verò mortiferum crimen vi-
15 detur religioſis, clericis, cunctiſque aliis, qui ſa-
cris ſunt initiati, ſi magnam pecuniæ quantitatem
ludo exponant, præſertim, ſi de fructibus benefi-
ciorum hoc faciunt. Quoniam in cap. Inter di-
16 lectos. De exceſſ. Pręlat. & in c. 2. diſt. 35. huiuſ-
modi ab officio, & à beneficio deponendos ſtatui
tur, quæ cum ſatis grauis pœna videatur, mortale
crimen præſupponere videtur. Cui ſane opinio-
ni aſſentire videntur Caietanus, & Adrianus, etiã
quòd bona patrimonialia in ludo exponerent. Si
quidem huiuſmodi prohibitio ordinis, & profeſ-
ſionis illorũ cauſa facta videtur. Indignum quip-
pe videtur gradui, atque ſtatui illorum ęo modo
ludere. At laicis, & ſecularibus ſub mortalis pec-
cati reatu legibus inhibitum non videtur, ſi etiam
17 pecunię ſummam aliquam ludant, tum quia pro-
digalitas non eſt de ſui genere letale crimen, ſed
propter accidétia aliqua, vti ſuperius expoſitum
18 eſt, tum quia humanę leges ludum damnantes
contrario vſu abrogatæ videntur.

Vt igitur hanc priorem conſiderationem ab-
ſoluam, quæ de ludi peccato quærebat, hoc mihi
ſum-

ſummatim perſtringendum videtur, Quod ſi ſolam naturæ legem ſpectemus, ludus de ſui genere prauis accidentibus, atque circunſtantiis denudatus peccatum non eſt, neque mortale, neque veniale, quia & cum virtute eſſe poteſt. Si autem ad hominum leges aſpiciamus, ni in deſuetudinẽ abierint, ſed in viridi ſint obſeruãtia, veniale ſemper erit crimen ludere contra humanas ſanctiones, nõ tamen mortale laicis ex vi humanæ legis ludum interdicentis, Religioſis vero, & clericis mortiferum erit crimen, ſi magnam pecuniæ ſummam ludo exponant, vt ex ſacrorum Canonum autoritate conſtat.

An qui per ludum lucrantur reſtituere teneantur. Cap. VII.

1 *Qui per ludum acquirunt ex vi naturalis & diuinę legis non tenentur reſtituere niſi in tribus caſibus.*

2 *Trahens aliquem ad ludum ſi lucratur reſtituere tenetur, quomodo?*

3 *Conuentiones in ludo factæ debent eſſe omnino liberæ.*

4 *Ludens ludo lege prohibito, ſi lucratur non tenetur reſtituere, niſi lex impediat tranſlationem dominij rei, quæ ludo exponitur.*

5 *De lege naturæ quilibet poteſt de ſuo ad libitum diſponere, & fortunę committere.*

6 *Meretrices turpe lucrum reſtituere non tenẽtur.*

7 Nimius

7 *Nimius appetitus in ludo non inducit obligationem reſtituendi.*
8 *Illiberalitas non eſt ſua natura mortale peccatũ.*
9 *Libera ab initio conuentio, ſi poſtea pęnitentia ſequitur non inualidat conuentionem.*
10 *Intellectus legis Alearum C. de religioſis, &c.*
11 *Ciuiles leges, & eccleſiaſticę de reſtitutione rerum, quę per ludum acquiruntur non diſponunt.*
12 *Qui in ludo perdunt non repetunt, neque iuris actione vtuntur.*
13 *Lex pœnalis ante ſententiam iudicis non obligat pœnam ſoluere.*
14 *Reſtitutionis pœna à ludo tolli poteſt per contrarium vſum.*
15 *Conſuetudo peccatum inducens non valet.*

AD ſecundam modo conſiderationem ludi tranſitum faciens, dicendum eſt, an qui ludo lucrantur, & acquirunt reſtituere debeant. Pro cuius diligenti indagatione, duę ponuntur pręcipuę ac reſolutę concluſiones. Prior eſt. Si ſolam legem
1 naturalem, atque diuinam attẽdamus, qui per ludum acquirunt reſtituere non tenentur, niſi in tribus caſibus à D.Th. poſitis in 22.q.32.ar.7.ad 2. Primus eſt, ſi cum illis ludunt, qui rerum dominium non habent, vt ſunt filij familias, famuli, factores, miniſtri, & vniuerſaliter, qui alienam rem ludo exponunt, aut ſi domini ſunt, liberam bonorũ ſuorum adminiſtrationẽ non habent, vt minores, pupilli, mulieres, nuptę, amentes, & ſimiles.

O Se-

Secundus caſus eſt, ſi fraude, ac dolo ludēdo quiſ
vteretur, hoç nanque iuſtitię aduerſatur. Tertius eſt qui alterū lucri cupiditate ad ludum trahit, quod non de ſimplici prouocatione ad ludū, quæ inter ingenuos homines fieri ſolet accipien-
2 dum eſt, ſed quemadmodum exponunt Caietanus, Nauarrus, & Couarruuias in §. 10. ſuper regula peccatum, cum alter ab altero per improbitatem, quaſi coactus, pręter ſuam voluntatem cōpellitur, ſicuti contingit vſuras ſoluentibus qui ſane inuite hoc agunt, atque idcirco dominium in alterum non transfertur, & quidem rationi valde conſentaneum eſt, inquit Caietanus, vt conuentiones, quę in ludo fiunt, cum ſint ſuapte natura turpes, ni ad animi relaxationem fierent, vt
3 valorē habeant, omni libertate, ac ſpontanea voluntate fiant. Secunda concluſio. Quantum ex
4 lęge poſitiua pendet, qui extra prætatos caſus ludēdo lucratur reſtituere minime tenetur, etiam ſi ludus lege interdicatur, ni forte lex tranſlationem dominij rei, quam quis in ludo lucratur nō impediret. Nam ſi ita diſponeret lex, quòd qui ex ludo acquirit dominium nō adipiſcitur, abſq; alia ſententia reſtituere debet, ſicut & qui vſuras accipit. At ſi lex dominij tranſlationem non impedit, tantum autem diſponit, vt qui perdit ab eo qui vicit repetere queat, ante huiuſmodi repetitionem, & priuſquam reſtitutionis ſententia ſequatur, qui acquiſiuit legittime retinere poteſt, nec reſtituere tenetur. Ratio quidem in promptu eſt. Quoniam qui ſponte ludunt, libere inter

ſe

ſe contrahunt, vt qui vincit ſuum ſit id quod lucratur, atque ideo ex vi huius libere conuentionis, qui lucratur reſtituere non tenetur, cum ſit ex
5 tali pactione acquiſitum, ita lege naturæ permittente, vt de re ſua poſsit quilibet pro ſuo arbitratu diſponere, & in omnem fortunæ euentum exponere, dummodo alterius præiudicium non ſequatur, & iniuſtitia abſit. Igitur quantum ex hac parte pendet, qui ludendo acquirit reſtitutioni non eſt obnoxius. Huiuſmodi nanque obligatio ex lucri turpitudine oriri non poteſt, ſi quidem
6 meretricum lucrum longe turpius eſt, attamen eas reſtituere non teneri communis omnium doctorum ſententia videtur, quoniam & ſi turpiter accipit, vt ſit meretrix, non iniuſte accipit cum ſit meretrix. Ita ſonare videntur verba legis Idem ſi ob ſtuprum. ff. de cond. ob turp. cauſam. Nõ item ex fortuna proficiſci poteſt, quoniam vt dictum eſt, effectus lucri fortuitus in Deum refertur, qui
7 omnia vt vult diſponit. Neque etiam ex nimio lucri appetitu contingit, quoniam huiuſmodi cupiditas reſtituẽdi obligationem non inducit, cum auaritia hæc iuſtitię non aduerſetur, ſed liberali-
8 tati. Vnde illiberalitas potius dicenda eſt, quę ſane vt plurimum letale peccatum non iudicatur, ni ab operibus bonis ſaluti neceſſariis non retraheret. Quemadmodum neque prodigalitas eſt ſuo genere mortale crimen, vt oſtẽſum eſt, ni per illam neceſſaria pro alenda familia ſubtrahantur, aut quæ ad Dei, proximique dilectionem ſpectant prætermittantur. Quapropter qui tam ar-

denti auaritiæ ſiti ludunt, cupiditatis huiuſce cul
pam,& agnoſcere & deteſtari habent,ac reſtitue-
re non tenentur. Sic aiunt celeberrimi doctores.
Nec etiam affirmari poteſt, reſtitutionis obliga-
tionem ex eo oriri, quòd qui perdit ęgro animo,
9 & minus libenter ſoluit. Nam quotieſcumque
ab initio libera extat conuentio, ſi poſtmodum
pœnitentia ſequitur, priorem conuentionem vti-
que non inualidam reddit. Quemadmodum &
illi contingit, qui cum alteri promiſerit, licet po-
ſtea promiſsis ſtare pigeat, non ob hoc, qui rem
ſibi pollicitam recipit reſtituere tenetur. Cum igi
tur ex prædictis cauſis reſtituendi obligatio non
oriatur, videre opereprętium eſt, ſi ex legibus id
accidat,ita vt lex aliqua poſitiua ludum adeo in-
hibeat, quæ dominij tranſlationem impediat,ſeu
lex communis ſit, ſiue municipalis, nihil refert.
Et quo ad communes leges pertinet, dubitationē
10 ingerit lex Alearum C.de Religioſis,&c.Vbi poſt
quam alearum ludus, & per conſequens taxillo-
rum etiam,& cartarū prohibet: ſic habet textus.
*Si contrafactum fuerit nulla ſequatur condemnatio,
nempe vt qui perdit ſoluere teneatur, ſed ſolutum
reddatur.* Si itaque reſtituendum eſt domi-
nium vtique non transferetur. Nihilominus
Imperator ſe ipſum exponens, ſtatim ſubiungit,
*& actionibus competentibus repetatur ab iis, qui
dederunt.* In quibus plane verbis manifeſtatur
non prius reſtitutioni locum eſſe, quàm iudicia-
liter petitio fiat. Antea ergo nulla eſt reſtitutio-
nis obligatio. Igitur lex dominij tranſlationem
mini-

minime prohibet. Neque quicquam aliud in le-
11 gibus tàm ciuilibus, quàm eccleſiaſticis de reſti-
tutione huiuſmodi aliter diſpoſitum inuenitur, Neque §.Interdicimus in Auten. de Sanctiſsimis Epiſcopis, neque l.ſolent.ff.de Aleat.neque c.clerici il 2. de Vit. & hon. Cler. neque c. Epiſcopus diſt. 30. quicquam aliud ſtatuunt. Quin aliqui volunt canones huiuſmodi,ne dũ per non vſum, ſed per contrarium fuiſſe abrogatos, quemadmo
12 dum, & præcitata lex Alearum, cum hodie certò certius conſtet, eos qui in ludo iacturam faciunt, neque repetere, neque iure, aut actione vlla vti. Sed ſi alicubi lex extaret peculiaris, aut municipalis, quæ quidem dominij tranſlationem impediret, nolens vincentem dominium eius,quod lucratur acquirere, aut repetitionem concederet, aut ipſo facto lucro,illum priuaret,ſi huiuſmodi lex in viridi eſſet obſeruantia, dubium certe non eſt, ſi in priori caſu dominij tranſlationem impedit, qui lucratur reſtitutionem nulla expectata ſententia facere tenetur, quãdoquidem, id quod neque ſuum eſt, neque fuit poſsideret.Sed in duobus aliis caſibus ante declaratoriam ſententiam reſtituere non cogitur, cum lex pœnalis ante iu-
13 dicis ſententiam pœnam ſoluere non liget. Hæc eſt doctrina à probatiſsimis doctoribus communiter recepta,nempe à Petro Paludano in 4.d.15. ab Adriano in Tractatu de Reſt. cap. Quia in ſuperioribus, Ioanne à Medina in Codice de Reſt. cap.22.Didaco à Couar.in Regula peccatũ §.10. nu.2. Alphonſo de Caſtro, de poteſt. legis pœn.

cap. 2. car. 3. & addit Couarr. quòd tam & ſi ob vſum alearum,taxillorum,vel cartarum vſus licitus fieri non poſſet,attamen per non vſum reſtitu-
14 tionis pœna tolli poteſt, quoniam ex lege humana pœna huiuſmodi inducta eſt. Quemadmodum etiam ex D. Th. elicitur 22.q.32.ar.7.ad 2. atque idem ſentit Adrianus. Hoc idem concludit Marianus ille Socinus ſenior in c. Inter dilectos de Exceſſ. prçlat. num. 38. Et licet conſuetudo quç peccatum inducit, & ad illud hominē procliuem facit nō valeat, attamen vt Socinus dicit,id minime efficit, vt id, quod per ludū acqui-
15 ſitum fuit retineris non valeat. Nam & ſi medium quo acquiritur illicitum ſit,ſi lex quç illud vetat contrario vſu non fuit abrogata,dici tamen non poteſt, vt contra iuſtitiam acquiſitum ſit, ſicut nec meretrix ob turpem actum lege prohibitum non iniuſte lucratur.

Cui facienda ſit reſtitutio. Cap. VIII.

1 *Ludo acquiſita non ſunt pauperibus eroganda.*
2 *Pauperes iure naturæ non ſuccedunt niſi cum dominus rei ignoratur.*
3 *Quæ in ludo acquiſita reſtituenda ſunt, perdenti reſtitui debent,niſi ille ad ludum traxiſſet.*
4 *Marianus Socinus ſenior de ludo ſemper cum D. Thom. concordat.*
5 *Gabriel biel. & D. Antoninus non ponunt neceſſitatem reſtituendi ea, quæ per ludum acquiſita ſunt.*

1 EX prædictis falſa illorum apparet opinio aſſerentium, id quod lucro acquiritur pauperibus erogandum eſſe, atq; reſtituendum. Quòd
2 enim pauperes ſolo iure naturæ ſuccedant, niſi cũ rei dominus inueniri non poteſt pœnitus ignoro. Si igitur reſtituendum eſt, illi qui perdidit reſtituere oportet, niſi vt D. Thom. in præcitato loco
3 monet ab illo acceptum fuiſſet, qui accipientem ad ludum impuliſſet, & quaſi per quandam vim coegiſſet, modo ſuperius expoſito. In huiuſmodi enim caſu, ei qui perdidit minime reſtituendum eſt, quippe qui indignum ſe prꝺſtitit, ſed pauperibus erogandum. Sed hoc à Socino in prꝺall. num. 50. probari non videtur. Vult nanque, quòd ſi lex per vſum contrarium ablata non eſt, qui ludo acquirit, danti reſtituere debet, at ſi lex abrogata eſt, non eſt amplius reſtitutioni locus.
4 Verum doctorem hunc D. Thom. contrarium minime exiſtimo. Nã in hac ludi materia ne latum quidem vnguem à D. Thom. doctrina recedit. Intelligit autem doctor ille ſublimis in caſu, quo quis ſimpliciter abſque vlla vi impellente, aut importunitate ad ludum pellicitur. At D. Thom. vti ſuperius declaratum eſt de violenta quadam impulſione intellexit. Neque huic ſententiæ obſtat Gabriel, quin in 4. d. 15. q. 15. cõcluſione 3. cor. 2.
5 hæc formalia verba habet, licet ludus ſit populo in prædicatione efficaciter diſſuadendus, ad reſtitutionem tamen lucri populus nõ eſt, velut eius, quod eſt de neceſſitate ſalutis cõpellendus ſic habet ille, & ſubdit, quia hoc eſſet ponere laqueum

O 4 pedibus

pedibus ambulantium, & inducere certum mortale, vbi mortale non eſt. Idem dicit D. Antoninus in 2.p.Tit.23.cap. 3. & 4. qui D.Thom. opinionem in ſuperioribus allegatam acceptans in 4. diſt. 15. & Ricardi eodem pariter loco ita habet. Non videtur de neceſsitate imponenda (de reſtitutione loquens) vt propter hoc negetur abſolutio nolenti hoc facere.

Solutio trium dubiorum, quæ circa reſtitutionem eorum, quæ per ludum acquiruntur emergunt. Cap. IX.

1 *D. Bernardini opinio de his qui ludo cooperantur non approbatur à Socino.*

2 *Artifices illorum inſtrumentorum, quibus honeſte in ludo quis vti poteſt non peccant, neque reſtituere tenentur.*

3 *Heredes eorum, qui per ludum iniuſte acquiſierunt, & domum ad ludum commodantes, & magiſtratus tenentur reſtituere.*

4 *Qui à non dominis, vel à non habentibus adminiſtrationem acquirunt tenentur reſtituere dominis, atque habentibus adminiſtrationem.*

5 *Si reſtitutio facienda eſſet rectori eccleſię, de quo veriſimile eſſet quòd pecunia in malos vſus diſſiparet iudicio ſuperiorum facienda eſt.*

6 *Reſtitutionis vinculum oritur tantum ex iniuſtitia.*

7 In

7 *In reſtitutione eorũ, quę per ludũ acquiſita ſunt non eſt reſpiciendum ad dierũ diuerſitatem ſed perſonarũ cũ quibus luditur eſt habenda ratio.*

EX dictis ergo de reſtitutione eorum, quę per ludum acquiruntur multipliciter dubitari poteſt. Et primo, ſi non ſolum qui lucratur, verum etiam, & alij reſtituere tenentur. Secundo cui nam talis reſtitutio facienda ſit. Tertio quantum ſit id, quod reſtitui debet, quibus ſolutis ad alia diſſoluenda procedemus. Et quoad primum dubium ſpectat, fuerunt aliqui plus nimio ſcrupuloſi, atque ſeueri ad reſtitutionem obligantes non tantum illos, qui luſerunt, verum etiam heredes commodantes, vẽdenteſque inſuper aleas, taxillos, cartas, & biſcas pariter, artifices pręterea inſtrumentorum, quibus ludentes vtuntur, atque etiam officiales, rectores, magiſtratus, & dominos, qui cum poſsint ludos huiuſmodi non pro-
1 hibent. At huiuſmodi opinio, tanquam dura nimis Socino non placet, licet vt ille refert fuerit olim D. Bernardini cõciuis ſui, ſicut & mei. Nam qui cartas, & cętera luſoria inſtrumenta, quibus
2 honeſte liciteque vti poſſumus fabrefaciunt, reuera ad reſtitutionem eorum, quæ per ludos prohibitos acquiſita fuerunt minime tenentur. Quan-
3 uis hęredes teneantur, & hi pariter, qui & domũ, & locum ad ludi opus accomodant, & maiori ratione magiſtratus, & principes, qui cum poſsint non impediunt, ſed permittunt. Ad ſecundum autem dubium facile reſpondetur. Si à non do-

minis, neque à non habẽtibus bonorum ſuorum
4 adminiſtrationem quiſpiam per ludum acquirat, vtique non ipſis faciendam eſt reſtitutio, ſed veris dominis, atque adminiſtratoribus; ſicut qui à filio familias lucratur patri reddere debet, & qui ab vxore accipit, marito, & ſi à religioſo Abbati,
5 ſeu præſidenti Monaſterij. Quidam vero dicunt, & eſt ſatis probabile, quòd ſi quis à rectore alicuius Eccleſię ludendo acquireret, cui ſi reſtitueret certo ſciret eum pecuniam illã in malos vſus diſſipaturum, huiuſmodi reſtitutio iudicio ſuperiorum, vt Epiſcopi, aut ordinarij facienda eſſet, ſi autem lucratur quis ab habẽtibus bonorum ſuorum adminiſtrationem, illis ipſis reddendum eſt, aut hęredibus, ſi ex hac vita deceſſerũt, aut etiam pauperibus, ſi qui perdidit non reperitur, & hoc intelligendum eſt, ſi ad ludum modo ſuperius tradito non traxerit. Et hoc firmiter tenendum eſt, quòd ſublata prohibitione ludi ex lege poſitiua, quoties in eo peccatum fraudis, doliqueque, & vniuerſaliter iniuſtitię non admiſcetur, etiam quod
6 alia, vel grauiſsima crimina ineſſent, vt blaſphemię, periuria, turpiloquia, & id genus nullum eſt reſtitutionis vinculum, ſola facinorum pœnitentiam ſufficit. Non enim peccatum omne contra charitatem Dei, & proximi reſtitutionis onus inducit, ſed illa, quæ commutatiuæ iuſtitię aduerſantur. Ad tertium dubium modò reſpondendo. Socinus eorum reiicit opinionem, dicentium tot portiones, aut poſtas reſtituendas eſſe, quot alter ludẽtium in eodem ludo acquiuiſſet etiam quod-

cum

cum çodem,atque in çodem loco longe & duplò plures amiſiſſet. Reprobat pręterea opinionem dicentium, tantum fore reſtituendum, quantum vna die acquiſitum fuiſſet,quanuis in alia poſtea die cum çodem amiſiſſet. Quam opinionem aſſerit fuiſſe ſancti Bernardini. Erat autem hæc illorum ratio. Quoniam cum contra legis inhibitionem acquiſierint retinere non valent, ſed pauperibus quibus diſpenſatio facienda eſt iam eſt
7 ius quęſitum. Attamen decernit ille doctor,in huiuſmodi caſu ad dierum diuerſitatem non eſſe reſpiciendum,neque ad tempus,in quo luditur,ſed perſonarum,cum quibus luditur habendam eſſe rationem. Ita quòd, ſi quis cum vno lucratur, & cum çodem alio poſtea die perdit, non amplius reſtitutioni tenetur, quoniam inter illos compenſatio locum habet. At ſi cum tertio perdiderit à reſtitutione vtique liber non erit, ſi contra leges, quæ ſint in viridi obſeruantia luditur,modo ſuperius expoſito.

An pupillus & quiuis alius, qui nõ poteſt in ludo exponere, niſi paruam ſummam, poßit cum alio ludere,qui maiorem ſummam exponere,& perdere poteſt. C. X.

1 *Paritas ludentium quomodo ſit intelligenda.*
2 *Habens exiguam pecuniam poteſt cum alio, qui ampliorem habet ludere.*

Non

Nonnvlla quoque dubia conſideratu digna ſoluenda reſtant. Atque imprimis, ſi pupillus, minor,ſeu quiuis alius non habens propriorum bonorum adminiſtrationem,quibus tamen aliquid pecuniæ à tutoribus, aut curatoribus,vt de illa ad libitum diſponere valeant, conceditur, poſsint licite ludere cum his,qui maiorem ſummam perdere poſſunt. Soto quidem negatiua pars probatur,quoniam in ludo vtriuſque ludentis conditio par eſſe debet, qui igitur nō poteſt,niſi vnum,duo, aut tria ſcuta perdere, neque
1 etiam plura lucrari poterit. Sed doctori Nauarro eius ſententia, tanquam omnibus contraria non placet. Et re vera nulla,neque ratione,neque autoritate firmatur,paritas enim,quæ in ludo reperiri debet,ad hoc exigitur, vt vterque ludentiū ſorti ſe ex exponat, quòdque alter,altero non ſit melioris conditionis, & quilibet ludere ſciat, &
2 quid agat recte animaduertere. Quòd autem qui exiguam habet pecuniam cum alio,qui ampliori abundat ludere nequeat, profecto ratione nulla ſubſiſtit.

An is qui credita fide ludens perdit ſoluere teneatur. Cap. XI.

1 Vſurę iuramento promiſſę ſoluendę ſunt.
2 Si lex contractum non inualidat obligatio tenet.
3 Ludens ſi perdit non tenetur ſoluere, ſi lex concedit repetitionem.
4 Cui datur actio eidē cōpetit receptio, et repetitio.

5 Qui

5 *Qui ludo prohibito vincit ante traditionem illi factā nullū ius acquirit, ſed poſt traditionem, rei, qua exſpoliari nō pōt ante iudicis declarationē.*

EA etiam dubitatio ſcitu digna eſſe debet, ſi qui data fide, pecunia non expoſita ludit, & perdit ſoluere vincenti teneatur. In quo ſane dubio diſsidentes reperio doctores. Nam Ioannes à Medina, quē ſequitur Alphonſus de Caſtro opinatur, teneri vtique in conſcientia ſoluere, hac ratione ductus. Quoniam rei licitę promiſsio ſeruanda eſt, eoq; magis ſi iuramento firmetur, ſi igitur inter huiuſmodi creditò ludentes promiſsio intercedit, qui perdit ſoluere vtique debet. Nec obſtat quòd in tali caſu repetitio perdenti conce-
1 ditur. Nam etiam qui pecunias ſub vſuris accipit, vſuras ipſas iuramento pollicitas ſoluere obligatur, prout habetur in cap. debitores, de Iure Iur. & tamen illi repetio datur.

2 Præterea vbi lex contractum nō inualidat obligatio tenet, clarū eſt aūt nullam legē illū cōtractū inualidum reddere, ſed ſolū cōcedere actionē repetendi illud, quod datū eſt, ſi huiuſmodi legis beneficio vti vult, igitur ante ſentētiā qui perdit ſoluere tenebitur. Exiſtimauit Soto, ſi qui perdit ſimpliciter ſoluere promiſit, neq; legis beneficio repetēdi renunciauit, ſoluere non adſtringitur, cū licet ſi ſoluat repetere queat, ſed ſi legis beneficio renūciare pollicetur, ſoluere tenetur, eo magis, ſi hoc iuramēto promiſerat: niſi tā magnā feciſſet iacturā, vt iure diſpenſationē iuramenti petere poſsit.

Subdit

Subdit vlterius, quòd ſi lex non tantum executionem promiſsionis, atque obligationis prohibet, verumetiam huiuſmodi promiſsiones inualidas eſſe diſponeret, in tali caſu nullum dominium in vincentem transfertur, perinde ac, ſi cum pupillo actum fuiſſet. Quapropter ſoluere non tenetur, & ſi ſoluiſſet illi reſtituendum eſſet, & hoc nulla ſequuta repetitione, renunciatione legis beneficio facta non obſtante. Quandoquidem leges illud non ſolum in fauorem perdentis diſponunt, ſed etiam ob publicum beneficium. Poſſet bene, inquit ille, fieri donatio, ni in fraudem facta prçſumeretur.

Mihi videtur hac in re reſolutius, ac veritati
3 conformius loqui Adrianus, & poſt ipſum Couarr. in præcitatis locis, qui ſane ſimpliciter enunciant ſolutioni minime teneri. Nam ſi leges in pœnam repetitionem perdenti concedunt, ſi perdens, id quod ſoluiſſet petere poteſt, igitur abſq; eo quòd ſoluat ſibi retinere poteſt. Vt quid enim dare debet, ſi ſtatim repetere poteſt? Hoc idem Couarr. oſtendit. Quoniam cum leges vincenti nullam dent actionem, perdenti autem repetionem concedant, vincentem vtique inhabilem, atque incapacem ad petendum faciunt, atque ideo nulla condemnatio à iudice expectanda eſt, atq; idcirco, qui perdit retinere qnod amiſit poteſt, nec ſoluere tenetur. Confirmat prætereа idem
4 ex iuris regula ſic dicente. Cui datur actio, eidem competere exceptionem, ac repetitionem, l. Inuitus §. cui datur ff. de reg. iur. C. Ad agendum de

reg.

reg.iur.lib.6. Igitur ſi qui promiſit actionem repetendi, habet quod ſoluit, ſi non ſoluit, exceptionem, ac retentionem certe habebit. Prẹterea ſi lex actionem petendi denegat, poſsidenti autem repetitionem concedit, igitur poſſeſſor iuſte retinere poterit, tanquam lex poſſeſsionem approbans. Non obſtat quod in ſui fauorem affert Medina, de iuramento promiſſorio vſuras ſoluendi. Hoc enim ſpeciale eſt ob iuſiurandi religionem, & ipſi quoque repetitio conceditur. Non obſtat
5 pariter, quod adducit. Nam ius illud quod vincens acquirit tunc acquirit, cum ab eo qui perdidit illi tradita eſt res, quam per ludum lucratus fuit, quo ſane iure niſi per iudicis ſententiam ſpoliari non poteſt, antea verò quam res illi daretur nullum certe ius acquiſierat, quin iure exigendi abſque vlla declaratione priuatur, & per conſequens retentionem rei, quam perdidit ille qui luſit leges approbant. Concluditur igitur, tum propter rationes ſupra poſitas, tum tantorum doctorum autoritate, quòd qui in ludis prohibitis perdit, vincenti in conſcientia ſoluere non tenetur.

An in ludo locum habeat compenſatio. Cap. XII.

1 *Compenſatio locum non habet niſi vbi ex vtraque parte debitum clarum, atque liquidum iam contractum eſt.*

2 *Inter*

2 Inter ludentes non habet locum compenſatio.

3 Qui ludo perdit de rebus vincentis capere non poteſt.

4 Lex non applicat lucrum perdenti ante iudicis ſententiam.

5 Qui perdidit nullum ius habet, niſi repetendi, quod vincitori dedit ante ſententiam iudicis.

DVBITARI quoque poteſt, an in ludo compenſatio locum habeat. Quòd ſi vnus perdit, & eſt alias debitor vincenti ſibi retinere debitá valeat non ſoluendo illa, & vlterius ſi propria poteſtate abſque iudicis ſententia, de bonis illius
1 cum quo perdidit capere poteſt. Reſpondet Medina hoc fieri non poſſe, eo quòd compenſatio locum non habet, niſi vbi ex vtraq; parte debitum clarum, atque liquidum iam contractum eſt. Si ergo is qui acquiſiuit reſtituere non adſtringitur ante ſententiam, ille vero, qui perdidit alio quidẽ titulo liquido, atque iuſto, ſoluere vincenti debet debitum ſecum antea contractum, profecto com
2 penſatio admittenda non eſt. Per idem alteri interrogato reſpondetur. Non enim ſibi ipſi ius di-
3 cere poteſt, quare neque de rebus vincentis capere valet. Aliter in hoc Adrianus ſentit, qui ſane huiuſmodi compenſationem probat, eo quòd lex
4 lucrum perdenti applicat. Sed reſpõdet Medina, huiuſmodi applicationem ante iudicis ſententiã, non fieri, ante quàm, qui perdidit nullum aliud
5 ius habet, niſi repetendi id quod vincẽti dediſſet. Idcirco iudicis ſententia indiget. Hoc certe Me-

dinę

dinç placitum rationi magis conſentaneum videtur, quod Soto probatur.

An cum ludentes non ſunt parilis conditionis, qui lucratur reſtituere tenetur. Cap. XIII.

1 *Ludens qui alterum excedit ſi vincit tenetur reſtituere.*

2 *Si ludentes ambo ignorant conditiones alterius durante tali ignorantia, qui lucratus eſt retinere ſibi poteſt.*

3 *Poſtquam alterius ludentis conditio melior declaratur, qui acquiſiuit reſtituere debet.*

Extat praeterea non ſpernenda dubitatio. An ſi ludentes paris conditionis non ſunt, ſi qui potior eſt in ludo, & vincit alteri, qui inferioris eſt conditionis reſtituere debet, ſi ab illo
1 per ludum extorqueat. Reſpondet Medina quòd vtique tenetur; eo quod, qui melius in ludo habet in tuto poſitus eſt, atque ideo etiam ante iudicis ſententiam reſtituere tenetur, ni forte qui inferior eſt, ſua propria voluntate ludere vellet, etiam quòd inferiorem ſe agnoſceret, tunc enim ſuum donare, ac iactare praeſumitur, & hoc magis in ludo induſtrio, quàm fortuito procedit. Sed quid dicendum erit, quando vterque ludentium ignorat exceſſum, ac ſuperioritatem alterius in ludendo, ſi poſtquam alter reſcierit, ſi lu-

cratus fuerit reſtituere tenebitur? Reſpondet idē
1 doctor, quòd huiuſmodi ignorantia durante, qui acquiſiuit iuſte retinet, quoniam ambo ſponte pecuniam ludo expoſuerunt. Si vero conuentum inter illos fuiſſet, vt alterius detecta ſuperioritate effectum ſuum ludus non haberet, in tali caſu, qui acquirit retinere nō poteſt. Quòd ſi quis opponat ludentium conditiones ex parte ludi ęquas non eſſe, cum alter in ludo ſuperior exiſtat. Reſpondet, iſtud minime operari, quòd ſit locus reſtitutioni, quoniam illorum intentio fuit pecunias ſuas de communi conſenſu ludo exponere. Sed hęc opinio mihi non placet. Nam quòd aliquis voluntate propria cum illo ludere velit, qui ludendi artem plus callet, ac proinde in ludo ſuperiores partes tenet, certe præſumendū non eſt. Qua de re, ego ſic arbitrarer, quòd poſtquam alterius melior conditio aperitur, qui acquirit reſtituere debeat. Vnde doctor ille reſtitutionem conſulit, cum ignorantia ludo cauſam dederit.

An qui in ludo cartarum adeo ſuperior eſt in punctis, quòd in tuto manet poſſit totam pecuniæ ſummam ludo ipſi exponere, & in ſortem mittere. Cap. XIIII.

1 Qui in ludo in tuto manet habens punctum ſummum, poteſt totam pecuniam ludo offerre & exponere.

2 Si

2 *Si alter ſpondentium in tuto manet, ob certam ſcientiam lucrari iuſte non poteſt.*

SVPEREST vt & aliam diſſoluamus quæſtionem, ſi in ludo cartarum qui in tuto manet, quia exceſsiuum punctum habet, neque perdere poteſt totam pecuniam, quam coram ſe habet ludo exhibere poſsit, quod vulgo dicitur *inuitare*
1 *il reſto*. Reſpondent doctores, id fieri poſſe, ſic etenim fert ludi natura. eſt nanque hęc tacita ludentium conuentio, cum ludere incipiunt, & ambo ſe huic ſorti exponunt, & quod vni in tali ludo accidit, alteri poteſt cõtingere. Quòd in ſchaccorum ludo declaratur, qui ſane ludus induſtrię
2 eſt. Nam ſi ludentium alter certo videt, in vno calculo mutando ſe omnino lucraturum, licet alter hoc non animaduertat, certe poteſt ſortem ipſam augere, & ampliorem pecuniam exponere, etiam quòd prò comperto habeat lucrum. Idem ſentit Couarr. adducens Decium in cõſilio 115. qui doctor eodem modo arbitratur procedere in ſpõſionibus, licet alter ſpondentiũ in tuto permaneat, certoque ſciat, ſe lucraturum. Sed hoc parum mihi placet. Nam ſi vnus ſecreto per certitudinem tamen ſciret in proximis futuris quatuor temporibus Cardinalium futuram promotionem, quodque .N. Cardinalis creabitur, cũ in tuto ſe habeat, lucrari iuſte nõ poterit, cum apud ipſum caſus fortuitus, qui ludum iuſtum efficit locum non habeat, quod in cæteris ludis in quibus quilibet ſorti, & fortunæ ſe committit, non

accidit. Quamuis in particulari aliquo ludo poſſit quiſpiam tuto lucrari, vt de cartis dictum fuit.

De Sponſionibus, ſeu Vadiationibus. Cap. XV.

1 *Sponſiones, ſeu vadiationes non ſunt virtuti contrarię.*

2 *Sortium vſus non illicitus.*

3 *Sponſiones cauendæ ſunt ob multa annexa peccata.*

4 *D. Antoninus non facit ſponſiones peccata mortalia.*

5 *Qui in ſponſionibus lucratur non tenetur reſtituere, neque pauperibus erogare, licet conſilium ſit ſanctum.*

Postraqvam de ſponſionibus, ſeu vadiationibus, quę apud hiſpanos dicuntur, *apueſta*, mentio habita fuit, de illis pariter dicendum
1 eſt, quòd cum ſorti, ac fortunæ ſubiaceant damnari ſuaptè natura nõ poſſunt tanquam ſint chriſtianæ vitæ, & virtutum aduerſarię, ſi tamen iniuſtitia abſit, & alia crimina, quemadmodum de
2 ludo dictum eſt. Conſpicuum nanque eſt, ſortium vſum illicitum non eſſe, vt in hereditatibus diuidendis, non abſque coheredum concordia, in aſſecuratione etiam mercium, & capitalium in cambiis, & ſocietatibus, quæ omnia ſorti committuntur. Quapropter ſuo genere in vniuerſum,

3 ſum, atq; indiſtincte illas neque damnare, neque vituperare oportet, licet ob multa annexa peccata, & ſcandala, atque mali occaſiones, reprę-
4 hendendę, atque ideo cauendæ ſint. Nec Archiepiſcopus Florent. Sponſiones reiicit, tãquam ſint ſuo genere mortalia crimina, tametſi ad inconuenientia, & ſcandala, quæ ex illis proficiſci ſolét, & ad cupiditatis radicem quidem peſsimam, reſpiciens illas velut vanas deteſtetur, & ad prodigalitatẽ pertinentes affirmet. Certum eſt autẽ, neq; vanitatem, neque prodigalitatem eſſe de ſui genere mortalia peccata. Nec etiam docet, quòd ille, qui in huiuſmodi ſponſionibus lucratur reſtituere debeat, aut pauperibus erogare, quanuis conſilium eſſet ſanctum, & vere Chriſtianum.
5 Legatur ipſe in 2. p. ſuæ ſummę Titulo primo, cap. 23. §. 9. Et hæc de ludo, dicta ſatis ſint, ad Dei laudem & pro conſcientiis iacandis. Sub cenſura cuiuſlibet rectius ſentientes.

DE MONTIBVS, ET ILLORVM IVSTITIA.

Tractatus.

Authore R. P. F. Thoma Boninſignio Sacræ Theologiæ profeſſore, ac Theologo publico Florentino.

Autoris intentio declaratur. Cap. I.

1 Suſcipitur hæc tractatio propter vſum quendam montis pietatis.
2 Obſcura tractatio hæc de montibus.

Posteaqvam de cenſibus actum eſt, deque illorum iuſtitia, iuxta Pij V. conſtitutionem, de montibus agere nonnulla propoſui, vt quod in eis ſit iuſtitiæ fundamentum perſpicuè videatur. Non eſt autem intentionis meæ de omnibus montis generibus ſingillatim diſſerere cum hoc à nonnullis ſatis abunde præſtitum
1 ſit, verum ob maximam ambiguitatem, quæ propter nouum quendam vſum in pietatis monte in aliquibus locis iam inoleuit, quæque quamplurimos torquet, tractationem hanc potiſsimum inſtitui. Igitur, quò breuior, gratiorque ſit huiuſmodi perſcrutatio, reſolutiuo modo proceden-

tes,

tes, à clarioribus ad minus clara inchoabimus, vt ad punctum maximę ambiguitatis deueniamus, & quid iuſtitiæ in eo modo contineatur intuea-
2 mur. Eſt nanque obſcura, & implexa nimis huius negocij materia.

De Montibus, qui dicuntur Impreſtantiarum. Cap. II.

1 *Altercatio magna inter Theologos de montibus impreſtantiarum.*
2 *Mõtes fundati ſuper publicis redditibus iuſti sũt.*
3 *Montes impreſtantiarum ad inſtar cenſualis contractus.*
4 *Ius in montibus emptum vendi poteſt ſicut & cenſus.*
5 *Mons Florẽtinus erectus fuit nomine donationis.*
6 *Nemo in neceſſitate conſtitutus prȩſumitur liberalis.*
7 *Mons non fundatus in redditibus aliquibus vſurarius reputatur.*
8 *Lucri ceſſantis iuſtitia obſcura, & lubrica.*

Est autem ſatis manifeſta illorum montium iuſtitia, qui in pluribus ciuitatibus inſtituti fuerunt, vt Venetiis, Florentiæ, Ianuæ, & multo plures Romę, ſic neceſsitate publica vrgente, vt à ciuibus ſponte, vel coacte pecunia accipiatur, pro qua quinque plus, minuſue pro centenario ſecundum loci diuerſitatem quolibet anno illis

ſoluatur, hac tamen lege, vt ſemper ſit in publica poteſtate huiuſmodi obligationem extinguere, acceptam reſtituendo pecuniam, de qua re ma
1 xima fuit olim altercatio Florētię inter magiſtros Theologos ordinis prædicatorum, & minorum ex vna parte, & ordinis heremitarum ex alia parte, prout refert. Laur. de Rodul ſuper c. Cōſuluit, de Vſur. & D. Anton. 2. p. Tit. 1. c. 1. inter quos magiſtros referunt Gregorium Ariminenſem. Sed certe non erat, cur tantopere diſsiderent Doctores illi; cum hic contrahendi modus iuſto titu
2 lo ſatis honeſtetur. Si nanque huiuſmodi montes fundamentum habent in publicis redditibus, atque prouentibus, profectò non erit mutuum, ſi ciues, aut ſpontanei, aut coacti pecunia ſua redditum illum emunt, nempe quinque plus minuſue pro centenerio pro loci diuerſitate, vt expoſitum
3 eſt. Hic etenim eſt cenſualis contractus, in quo ſane ius emitur exigendi cenſum, cui conditiones accomodari poſſunt, quę in bulla Pij V. continentur de cenſibus, & illę præcipue potiſsimum, quę ex naturali iure neceſſariæ ſunt, nempe, vt ciues ementes pecuniam repoſcere non valeant, ſit autem in publica poteſtate prætium reddere, & redditum extinguere, ſicuti de cenſibus dictum eſt. Nec refert, an hoc faciant ementes coacti, in quo caſu maior apparet iuſtitiæ ratio, an vero ſponte & voluntate, dummodo iuſtum intercedat præ-
4 tium. Poſſunt inſuper ſic ementes, huiuſmodi ius alteri vendere, quemadmodum, & cenſus emptus alteri vēdi poteſt cum eodem onere ſemper

vt

vt in venditoris arbitrio ſit illum extinguere. Nec obſtat iudicio meo, ſi Reſp. aut princeps, dicunt, ſe donare illa quinque iis, qui pecunias ſuas in monte contribuunt, quemadmodum contingit Florentiæ, quando eiuſmodi mons erectus fuit, in
5 quo, vt referunt Laur. de Rodul. & D. Anton. vbi ſupra ſtatutum eſt, vt quinque pro centenario darentur, non tãtum ratione intereſſe, verum etiam
6 ratione donationis, ex animi gratitudine. Nam licet nullus in neceſsitate conſtitutus præſumatur liberalis, neque donator, quicquid tamen ſit de hoc, & dato, quòd donationis titulo acciperentur illa quinque, hoc vt dixi non impedit, quo minus ille, qui emit tale ius alteri vendere non valeat. Compertum eſt enim omnibus per donationem transferri dominium. Poteſt ergo licite ta-
7 le ius exigendi dono datum alteri vẽdi. Si autem nullo innititur fundamento alicuius publici prouentus huiuſmodi montis inſtitutio, difficile eſt eximere contractum hunc ab vſuræ prauitate, cum re vera nullis extantis rei ſit emptio, ac proinde ficta exiſtat, niſi forſan excuſetur, qui inuitus, & coacte pecuniam tradit, ob damnum emergens, ſeu lucrum ceſſans, eò quòd per vim impeditur à lucro. Sed hoc per accidens eſt, præter id quòd lucri ceſſantis iuſtitia obſcura eſt, & lubrica ſatis, de qua alias dicetur. Patet itaque horum
8 montium iuſtitiam ſatis perſpicuam etiam, & manifeſtam.

De Monte Pietatis. Cap. III.

1 *Mons pietatis à pluribus pōtificibus approbatus.*
2 *Diſſenſio inter doctores de monte pietatis.*
3 *Leo X. ex certa ſcientia montem pietatis probauit.*
4 *Concilium Lateranenſe omnia capitula montis approbauit.*
5 *Summa rationis Caietani contra iuſtitiam montis pietatis, & ſolutio.*
6 *Qui ſentit commodum debet ſentire onus.*
7 *Conſeruatio pignorum, & expenſę ſunt in fauorem pauperum.*
8 *Recompenſatio damni quæ à pauperibus exigitur oritur ex mutuo illis dato.*
9 *Priuatus quare non poteſt montem erigere.*
10 *Poteſt à mutuatario accipi aliquid vltra ſortem pro obligatione mutuandi.*
11 *Pauperes ſunt domini pecunię montis.*
12 *Priuatus poſſet iiſdem legibus montem erigere ſi abdicat à ſe pecunię dominium in pauperes.*
13 *Eccleſia quandoque declarat ea, quę ex naturali iure dependent.*
14 *Lumen naturale per peccatum obſcuratum.*
15 *Eccleſię eſt definire ſi aliquid eſt peccatum mortale.*
16 *Montis iuſtitia obſcurior quam cenſus.*
17 *Leo X. Florentinis ſcripſit, vt parum per libras acciperent in monte.*

DE iuſtitia autem montis pietatis, quatenus ad pauperum vſum,atque commoditatem prçciſe refertur,vt pro miniſtrorum ſtipendio aliquid vltra ſortem mutuatam accipiatur,licet dubitari minime debeat, cum ſancta ſedes apoſtoli-
1 ca in Concilio Lateranen. ſeſſ. 10. ſub Leone 10. id conceſsiſſe videatur, & ex certa ſcientia, & à pluribus Pontificibus antea permiſſum fuerit, à Paulo II. Sixto IIII. Pio II. Innocentio VIII. & Iulio II. magna nihilominus inter doctores ce-
2 lebres controuerſia inuenitur. Nam Caietanus in Opuſculo de hoc monte edito pluribus rationibus,& quidem ſatis apparentibus montem hũc tum iniuſtum, tum vſurarium cenſet, cui ſubſcribere videtur Dominicus Soto, libro 6.de Iuſt. & Iur.q. 1.ar.6. Silueſter etiam Verbo Vſura cap. 5. q. 4. adeo de illius iuſtitia dubitat, vt tandem iniuſtum faciat. At Nauar. in Tract. de Vſura nu. 56. vſque ad 63. & in ſuo Manuali oppoſitũ ſentit, arbitraturque iuſtum,& ſanctum,in cuius fauorem adducit Ioannem à medina in libro de Reſtit. & rationibus quoque comprobat. Huius pariter opinionis fuit Iacobus Naclantus Epiſcopus Clugienſis ordinis prçd. vir eruditiſsimus in quadam ſpeciali q. de Monte pietatis. Inter hos autem prçclariſsimos doctores ſic diſsidentes nolo arbitrum me conſtituere, ac cenſorem. Hoc tamen dixerim, quòd ſi ad rationes tantum inſpiciamus, videntur mihi Caietani rationes magis apparentes, quàm Nauarri, non tamen quòd eas neceſſario concludere exiſtimem. At ſi ad ec-

clefiæ

cleſię determinationem inſpexerimus, aliorum certe ſententia abſq; dubio ſubſtinenda eſt. Quòd enim Caietanus habet, per bullam Leonis X. non omnia illius montis capitula fuiſſe approbata, ſed quatenus ſacris canonibus non ſunt contraria, nō videtur poſſe ita bene intelligi. Cum etenim apoſtolicę ſedi propoſita, atq; expoſita fuerit forma huius montis in ſpecie, ſi quid in ea ſacris ſanctionibus, aut naturali equitati contrarium contineretur, non eſt vero ſimile fuiſſe ab illa approbatā, quin, quò ad illa, quæ contraria fuiſſent reprobatam, aut emendatam, & tamen ex certa ſcientia
3 ibi pontifex ſe decernere, aſſerit. Id quod vſus iam receptiſsimus confirmat. Vnde miror Sotum dixiſſe, non omnia illius Concilij fuiſſe recepta. Vſus ſiquidem, in quamplurimis locis, etiam in Vrbe oppoſitum oſtendit. Nec obſtat quòd Caietanus interfuit Concilio Lateranenſi, ac per hoc non ſcripſiſſet cōtra illius determinationem, ſi Concilium omnia capitula expreſſe approbaſſet. Nam quicquid in hoc dicat Caietanus, magis
4 in hac parte credendum eſt actis ipſius Concilij, & bullis iam vbique receptis, quàm ſuæ ſentētiæ. Non obſtat pariter quòd ipſe Caietanus teſtatur. Brixię ſe vidiſſe Bullam Leonis 10. in qua non approbantur omnia illius montis capitula, ſed ea, quæ ſacris canonibus non aduerſantur. Nam ſequens ipſe fundamenta ſua putauit ſacris canonibus eſſe aduerſantia capitula illa, quod tamen non neceſſario demonſtrat, neque euincit. In hoc enim ſtat pūctus difficultatis, quia Caietanus voluit

luit montem ipſum, ſeu ciuitatem teneri ſoluere
5 ſtipendium miniſtris pro cuſtodia pignorum, & pro laboribus, non autem ad pauperes ſpectare, eo quòd conſeruatio indemnitatis montis eſt in fauorem non pauperum, ſed ipſius montis, & ciuitatis. Vnde cum talis recompēſatio damni, quæ exigitur à monte non oriatur ex mutuo, eo quod talis ſecuritas rehabendę pecunię, & expenſę factę in miniſtris cedunt in fauorem montis dantis, non pauperum accipientium, propterea iniuſtitia, ac proinde vſura quoque ibi reperitur, ſi pauperes vltra ſortem aliquid plus reddunt. Hoc eſt præcipuum Caietani fundamentum. Quod tamē facile diluitur ab aliis, qui dicunt, quòd dominiū illius pecuniæ eſt pauperum, licet adminiſtratio ſit penes Remp. Vnde cum vſus, atque vtilitas prædictę pecuniæ ſit propter ipſos pauperes, qui ſane magnum emolumentum ex ipſa capiunt, rationi valde conſentaneum eſt, vt ipſi pauperes teneantu ſubire vnus expenſarum pro miniſtris, & hæc eſt ratio, quæ affertur à Cōcilio in bulla Leo
6 nis X. vbi dicitur. Qui commodum ſentit onus quoque debet ſentire, quæ eſt iuris regula lib. 6. Cum igitur pecunia illa ſit propter commodum pauperum, ita quòd ſi periret damno ipſorum periret, conſequitur, vt & ipſi pauperes onera pro illius conſeruatione ſubire iure debeant. Falſum eſt igitur, quòd pignorum conſeruatio & cęteræ expenſę non ſint in fauorem pauperum. Falſum quoque eſt, quòd illa recompenſatio damni, quę exigitur à pauperibus non oriatur ex mutuo illis

dato,

dato,nam ex illo oritur expreſſe,cum in illorum commodum, & fauorem pecunia illa congeſta ſit. Non obſtat etiam Soti ratio, eò quòd etiam priuatus homo iiſdem legibus, & conditionibus montem erigere poſſet. Reſpondetur enim non eſſe eandem rationem. Nam priuatus eſt ſuę pe-
9 cuniæ dominus, nec illam mutuare cogitur. At pauperes ſunt domini pecuniæ, quę in monte reperitur, qui ſane tenetur pauperibus mutuare, & cum ex ipſa emolumentum reportet, debent etiã onera ſubſtinere. Vnde & ipſe Sotus tandem fatetur, poſſe aliquem accipere aliquid vltra ſortẽ à
10 mutuatario pro obligatione mutuandi, & eſt de mente Sco. 4. d. 15. q. 2. Quanquam hoc in pręſenti parum faciat, quoniam vt dictum eſt, non in hoc conſiſtit iuſtitiæ fundamentum, qua re pauperes iure illud plus ſoluunt, ſed quia cum ſint
11 vere domini illius pecuniæ illorum intereſt eam cõſeruare, cum in illorum vtilitatem & fauorem ſit inſtituta. Si autem priuatus pecuniæ ſummam
12 pauperibus donaret, ita quòd dominium à ſe abdicaret certe mons iiſdem legibus conſtitui poſſet, vt optime declarat Nauar. num. 61. Non obſtat etiam id, quod à nonnullis obiicitur quòd ecclеſia non conſueuit determinare ea quæ ex lumi
13 ne naturalis philoſophiæ pendent, ſed ea ſolum, quorum reſolutio ex reuelato ſcripturę ſanctę lumine habetur. Nam expedit quandoque ab eccleſia ea, quæ naturalis iuris ſunt declarari, quandoquidem multa obſcura, & difficilia in naturali iure continentur, & hoc ad ſedandas conſcien-

tias

tias bonas, malas vero à peccato frenandas. Natu
rale quippe lumē per peccatum ſæpe obſcuratur
obnubilaturq; , & quanquā huiuſmodi deter-
14 minatio non eſt de fide proxime, & directe, quia
tamen ad bonos mores ſpectat ad fidem quoque
conſequenter & indirecte pertinet. Nam defini-
re ſi aliquid eſt peccatum mortale, nec ne, ad fidē
15 attinet, in quo plane eccleſia errare non poteſt. c.
maiores 24. q. 1. cum glo. ibi. neque etiam Papa,
prout tradit D. Thom. 22. q. 11. ar. 2. Vnde Pius
V. determinauit licitum eſſe cenſus contractum,
nec video cur maior ratio ſit de cenſu, quàm de
monte, immo difficilior, atque obſcurior videtur
16 montis iuſtitia, quàm cenſus, cùm cenſus multo
antea approbatus fuerit à Calixto III. & Marti-
no V. ac propterea periculum animabus immine
bat, tàm in monte, quàm in cenſu. Et licet incon-
uenientia, quę hodie contingunt non oriantur ex
obſeruantia capitulorum mōtis, ſed aliunde, fuit
nihilominus neceſſaria in illo eccleſiæ declaratio,
atq; approbatio, propterea quòd illud plus quòd
præter ſortem à pauperibus exigitur vſuræ ſpe-
ciem præſeferebat, ob varias quæ inter doctores
opiniones controuerſantur. Quòd autem Leo
17 X. Florentinis ſcripſerit, vt parum per libras acci-
perent, ita quòd modicum, aut nihil excreſceret,
ſignum certe euidens eſt approbationis montis,
in quo papa modum menſuramque præfixit, vt
tantum plus exigerent, quantum ad ſolum mini-
ſtrorum ſtipendium ſufficeret, & ſi quid amplius
ſuperfuiſſet pauperibus trāſacto anno diſtribue-
retur.

retur. Siq; mons vſuram, aut iniuſtitiam contiñet, certe mirum eſſet, quòd ſedes apoſtolica in generali Concilio illum permiſiſſet, & ex certa ſcientia approbaſſet, & non potius prohibuiſſet, atque damnaſſet. Quin & approbationis cauſam manifeſte reddidit. Cui accedit vſus communis & receptiſsimus. Si autẽ mons erigeretur in quo ex aliis redditibus ſtipendium miniſtris daretur, vt pauperes in nullo grauarẽtur, certe magis pius eſſet mons ille, ſed impium facere hunc, qui eccleſiæ autoritate in vſu eſt, abſque impietate fieri non poteſt.

De Monte depoſitario. Cap. IIII.

1 Mons pietatis depoſitarius effectus in aliquibus locis.
2 Mons depoſitarius repugnat capitulis montis pietatis.
3 Mutuans monti quomodo poteſt aliquid vltra ſortem recipere.
4 Mons ſi cogitur ſub intereſſe mutuo accipere poteſt aliquid plus à pauperibus exigere.
5 Mons ſi pecuniam in pauperum commodum deputatam alteri mutuat, poteſt à mutuatario aliquid plus exigere pro intereſſe.

HVCVSQVE quę de pietatis monte dicta sũt ſatis perſpicua eſſe poſſunt, ſi nos intra illius ſolos fines, terminoſque contineamus, atque illius puram formã ex pontificiis bullis præſtitu-

tam ſectemur, nec ad alia extranea diuertamus. At quoniam in quibuſdam locis mons iſte à ſua naturali, ac primeua forma deſciuit, eò quòd mi nimam officij partem in mutuando pauperibus, iuxta præſcriptum modum preſtat, & exhibet, mons depoſitarius effectus eſt, in quo ingentes,
1 maximęque quamplurimorum pecuniæ coacer- uantur, quorum aliqui coacte, quidam vero vo- lentes pecuniam ſuam ibi deponunt, vt capitali ſaluo quinque pro centenario ſingulis quibuſque annis recipiant. Vt autem mons id efficere queat, vtque huic vſurę reſpondere valeat, mutuator efficitur, non dico pauperibus, ſicut ſupra ex- poſitum eſt, ſed aliis quoque egentibus, non tamen pauperibus, à quibus ſex, & aliquid plus recipit. Vnde propter hoc magnam illius depoſi- tę pecunię partem in cambiis, vel aliis negociis exercet. Quamobrem de huius iuſtitia montis non parua exoritur difficultas. In quo duo ſe of- ferũt ambigua valde, atq; perplexa, quorumque iuſtitia ſatis obſcura omnibus videtur. Primum eſt. Quo iure deponentes pecuniam ſuam penes montem, licite poſsint, illa quinque, ſeu plus, mi- nuſue percipere. Alterum eſt. Qua ratione mõs aliis mutuãs ſex, & amplius vltra ſortem recipiat.
2 Hæc enim duo formæ, & capitulis, quibus mons pietatis inſtitutus fuit repugnare videntur. Nam ſi ea tantum ratione permittitur, vt mons aliquid amplius à pauperibus exigat, vt ſe propter expen ſas indemnem ſeruet, quemadmodum ſupra ex- poſitum fuit, ita quòd, ſi quid amplius completo

Q anno

anno ſuperſit, totum illud pauperibus eſt erogan dum, & ſumma montis in ęadem ſemper debet quantitate permanere, quo igitur modo poterit ſingulis annis quinque pro cētenario ſoluere his, qui pecunias in eo deponunt, & rurſus ſex, & vltra accipere ab aliis non pauperibus, quibus cautionibus datis fideiuſſoriis mutuat? Quod ſi quis dixerit. Non ne poteſt mons neceſsitate aliqua compulſus, vt pauperibus ſubueniat, mutuo ab aliquibus accipere, qui pro indemnitate ſeruan-
3 da aliquid plus exiguntur. Reſpondetur ad hoc. Quòd ſi quis charitate motus, vt indigentiis occurrat, & ſummę neceſsitatis montis mutuat mōti, & ex tali mutuo damnum ſentit, aut emergēs, aut lucri ceſſantis, eò quòd pecuniam ſuam ab actuali negociatione diuertere cogitur, nō abſq; ſuo detrimento, atque incommodo, poterit vtiq; iuxta multorum doctrinam, inter quos ſic in ſpecie determinat Iacobus Naclantus, de quo ſupra in quęſtione de monte pietatis, quam ſcripſit Cardinali Nauagerio Legato tunc in Tridentino Cōcilio aliquid amplius accipere, ſecūdum arbitriū boni, prudentiſque viri, ſed non propter ſubſtinendum hoc intereſſe licebit monti aliis mutuare, vt ſex, & aliquid plus pro centenario recipiat. Nam ſic non eſſet pro pauperibus ſubleuādis mu
4 tuo accipere, ſed ad fenus exercendum. In tali autem caſu quo mons cogatur ſub intereſſe mutuo accipere, augendum eſſet aliquid amplius de illo intereſſe, quod pauperes pro indemnitate cō ſeruanda montis ſoluunt, ſecundum proportio-

nem

nem pecuniæ mutuo acceptę, quouſque mons
5 mutuatam ſibi pecuniam reſtituat. Quod ſi è con uerſo contingat, vt mons aliquam pecuniæ partem, quę in pauperum vſum deputatur alteri mutuet, cum pauperes commodo iſto priuentur, à mutuatariis dubio procul indęmnes ſeruandi ſunt, qui certe aliquid plus propter hoc ſuperimpendere tenentur. Si vero mons pecuniam illam mutuat, quam mutuo accepit, illud ſolum accipere poterit, quod ſoluere tenetur, vt ſi quinque mutuanti ſoluere tenetur, quinque pariter à mutuatario accipiat, vt ſuæ indemnitati conſulat, quanquam hic dandi, accipiendique modus vſuram fouet, & propterea ab illo abſtinendũ eſſet. An autem, & quomodo poſſit mons aliquid plus accipere pro pecunia mutuata, quam depoſito tenet, & negociationi exponit, vt ſuæ indemnitati proſpiciat, inferius tractabitur. Videamus igitur quo iure, quaque ratione ad iuſtitiæ regulam reduci poſſunt, duæ modo prædictæ actiones. Prima eſt illorum, qui pro pecunia in monte expoſita quinque pro centenario ſingulis annis recipiunt. Altera eſt montis, qui quidem mutuat ad rationem ſex, & aliquid amplius vltra ſortem. Et primò de priori dicamus, Illa nanque iuſtificata, alterius quoque iuſtitia de facili patebit.

Quo titulo, & qua ratione iuſtificari poteſt, vt qui in monte pecunias detinent, quinque pro centenario recipere poſſint. Cap. V.

1 *Detinentes pecuniam in monte non poſſunt titulum emptionis prætendere cenſus, aut redditus.*
2 *Neque ſub nomine mutui, vt pauperibus ſubueniant.*
3 *Intereſſe iuſtum quid ſit.*
4 *Bulla Iulij III. pro intereſſe illorum, qui pecuniam in monte ponunt ad ſubuemendum pauperibus.*
5 *Mons pietatis apud Florentiam in immenſum creſcit.*
6 *Pauperes in tali monte patiuntur minorem vſuram quam cæteri.*

VT igitur in re tam ardua reſolutiuo modo procedamus, neceſſarium eſt ad aliquem iuſtum titulum huiuſmodi contrahendi modum reducere. Qui etenim pecuniam ſuam in monte exponit, vt quinque pro centenario accipiat, aut hoc facit titulo emptionis, vt à monte redditum illum quinque pro centenario emat, ſicut in primo montium genere ſuperius expoſitum fuit, aut titulo mutui, aut depoſiti, aut nomine ſocietatis negociatoriç. Quæ ſane omnia difficultatem maximam ingerunt, vt ſubſtineri impoſsibi-

1 le videantur. Conſtat nanque imprimis præten di minime poſſe titulum emptionis alicuius portionis, ſeu cenſus, ſeu redditus, quoniam ſic in monte pecunias ſuas detinentes, ad libitum illas repetere poſſunt, id quod expreſſe repugnat naturæ emptionis huiuſmodi redditus, vt in ſuperioribus dictum fuit, cum de cenſibus ageretur, & vlterius, cum nullum habeat huiuſmodi emptio fundamentum, vt in gabellis, vel aliis publicis prouentibus, erit palliata certe emptio, vſura verò vera. Patet etiam hic non ſubeſſe mutuum iuſtum, vt pauperum neceſsitatibus ſubueniatur. Quoniam nulla cogente neceſsitate, vt ſcilicet
2 monti pro pauperum commodo occurratur, quemadmodum ex prædeclaratis permitti poteſt, hi pecunias ſuas in monte exponunt, quas neque in negocio habent, & ſi habent volentes à negociationis ſtatu dimouent, & monti tradunt, vt ſecurius lucrentur. Quæ ſane obſtant, vt iuſtum quis intereſſe & ſperare, & accipere valeat.
3 Tunc etenim iuſtum intereſſe contingit, cum pro indemnitate ſua quis illud acciperet, prout ferũt
4 aliqui Iulium III. Pont. Max. per bullam conceſsiſſe his, qui ex charitate pecuniam in monte ponunt, vt indigentibus ſubueniatur. Quanquam & hoc male accomodari poteſt, in huiuſmodi monte, in quo non ſaluatur amplius forma montis pietatis iuxta capitula in Concilio Lateran. ſtatuta, cum non pauperibus tantum, verum & aliis mutuet mons, quin & minima pecuniæ portio ſit ea, quæ in pauperum vſum venit, adeo quod vi-

detur potius communis quædam maſſa, & aceruus multarum pecuniarum, quæ & recipiuntur vſuras ſoluendo, & dãtur pariter cum vſurarum acceſsione. Audiui ego à fide dignis, pietatis mõtem in Florẽtina ciuitate exiguam,& fere nullam hodie pecuniæ quantitatem habere, quæ ſit ſpecialiter vſui, & cõmodo pauperum deputata, eò quòd tempore obſidionis illius ciuitatis anno MDXXIX. ſumma illa pecuniæ, ex qua pietatis mons extructus fuit anno MCCCCXLVII. tota fere abſumpta fuit, ſic forte belli neceſsitate vrgente. Quòd autem in immenſum creuerit mons,in cauſa fuit,ingẽs multorum pecunia, qui eam ibi depoſuerunt, & inſuper lucri acceſsio, Tum quia mons aliis ſub maiori fenore mutuat, quàm accipiat, eò quòd dat ad rationem ſex & tertiæ partis pro centenario, accipit autem ad rationem quinque. Tum etiam, quia pecunias, quas accipit negociationi exponit, magnam illarum partem pluribus campſoribus, vt illam cam-
5 biant committens. Atque in tantum huiuſmodi lucrum ſuccreuit, vt ſicut à fide dignis accepi, ſi mons pecunias omnes,quas depoſito detinet reſtitueret his, qui eas ibi depoſuerunt,adhuc in illo remaneret magna, & ingens pecuniæ ſumma. Vnde indiſtincta, & confuſa eſt pecunia ad vſus pauperum deſtinata. In hoc tamen pauperes aliqualiter reuelãtur, quoniam ipſi, qui pignore dato, mutuo accipiunt, ſoluunt tantum quinque
6 pro centenario. At alij, qui non ſunt pauperes, & datis idoneis fideiuſſoribus à magiſtratu mon-

tis

tis approbandis (ea eſt enim lex inter cęteras illius montis) mutuo accipiunt, ſoluunt plus, nempe, vt dictum fuit ſex, & tertiam partem pro centenario.

Non poſſe deponentes in monte titulo depoſiti aliquid plus à monte accipere vltra ſortem. Cap. VI.

1 *Depoſitum eſt in fauorem deponentis.*
2 *Depoſitarius ex animi gratitudine tenetur aliquid tribuere deponenti.*
3 *Deponens apud gratum depoſitarium, à quo beneficium ſperet non eſt vſurarius.*
4 *Debita ex animi gratitudine, & honeſtate morali in pactum deduci non poſſunt.*

DIFFICILE quoque erit huius rei iuſtitiam conſtituere, ſi quis velit depoſiti titulo huiuſmodi pecunias monti dari. Ea eſt enim depoſiti natura, vt depoſitarius teneatur curam gere-
1 re depoſiti (eſt enim depoſitum in fauorem deponentis l. 1. l. licet ff. depoſiti) & ad arbitrium illius, qui deponit reſtituere, id quod, cum ſit prætio extimabile, à deponente magis accipere aliquid deberet, quàm vltra ſortem plus reddere. Quan-
2 quam depoſitarius eò quòd pecuniam penes ſe depoſitam in negocio vtitur, & licite lucratur, cum lucrum hoc induſtriæ ſuę fructus exiſtat, poterit, quin & tenebitur ex debito, non tamen iu-

ſtitiæ,ſed cuiuſdam gratitudinis, moraliſque honeſtatis aliquid deponenti tradere, & eſt opinio Soti, de Iuſt. & Iur. lib. 6. q. 3. ar. 1. in fi.c.ſubdens non eſſe vſuram,ſi quis pecuniam apud gratum mercatorem deponat, quem ſibi ſperet fore
3 beneficum. Notanter autem dictum eſt ex debi-
4 to non iuſtitiæ, ſed gratitudinis. Ea enim quæ ex animi gratitudine proficiſcũtur in pactum deduci non poſſunt. Quapropter in hoc cauenda eſt opum. Io. maior. qui in 4. d. 15. q.25. tenuit poſſe in pactum deduci ea, quę ex naturali equitate debentur.Ex hac enim doctrina multa ſequerentur inconuenientiam,prout Soto late demonſtrat vbi ſupra. Si igitur ex animi gratitudine tenetur depoſitarius aliquid deponenti tribuere,& hic pariter accipere iuſte poterit. Sed tunc legittimum ſe offert iuſtitiæ huius impedimentum, quoniam pecuniam in monte deranentes ex pacto ſcriptura firmato illa quinque vltra ſortem recipiunt, ac per hoc ciuiliter mons obligatur, & non ex honeſtate, ſeu animi gratitudine; Vnde vſura ſtatim conſurgit depoſiti nomine palliata & circumtecta.

Excuſari pupillos, alioſue, qui lege cogente pecunias in monte doponunt,ſi vltra ſortẽ quicquam amplius recipiunt. Cap. VII.

1 *Pupilli apud Florentiam coguntur pecunias ſuas in monte deponere.*

2 *Coacte*

2 *Coacte deponentes in monte poſſunt intereſſe recipere.*
3 *Per vſuram non transfertur dominium.*
4 *Ex qua pecunię parte inuite deponentes in monte recipere poſſunt intereſſe.*
5 *Deponentes inuiti tuto recipiunt intereſſe.*
6 *Publica poteſtas tenetur ſoluere intereſſe his quos in monte deponere cogit.*
7 *Nemo volens patitur damnum.*
8 *Deponentes voluntarie in monte non poſſunt intereſſe accipere.*
9 *Deponentes in monte volunt ciuilem obligationem recipiendi vltra ſortem.*
10 *Liberalitas donandi in monte difficile præſumi poteſt.*

Possvnt nihilominus excuſari hi, qui inuite, & per legem ſic cogentem pecunias ſuas in monte deponunt, ſeu detinẽt, quemadmodum
1 Florentiæ pupilli, quorum pecuniæ publico edicto in monte deponuntur. Huiuſmodi enim incommodum ſentiunt, propterea quòd illis lucrũ
2 reuera ceſſat. Vnde ſi mons commodum ſentit, debet quoque & incommodum ſentire. Et licet ambigant nonnulli, ex qua nam pecuniæ portione tale intereſſe recipere poſsint hi qui inuoluntarie ſuas pecunias in monte detinent, cum tale intereſſe extrahi non poſsit ex ea pecuniæ parte, quę pauperum vſui deputata eſt, neque etiam ex vſuris per talem pecuniam acquiſitis, hoc enim eſſet ex alieno ęre ſoluere, cum per vſurariam

pra-

3 prauitatem minime transferatur dominium, vt eſt communis Theologorum opinio. Ego tamen dicerem quòd in monte Florentino, & in aliis, ſi qui ſunt eiuſdem generis, in quo vltra ſortem depoſitã maxime ſuperabũdat pecunia, & vltra pariter pecunias per vſuras extortas, eò quòd mons magnam partem pecuniarum depoſitarum exercet, & illarum quoque per vſuras acquiſitarum, quarum lucrum, cum ſit induſtriæ licitum reputatur, idcirco poſſunt ſic inuite deponentes illud
4 intereſſe ex hac lucri acceſsione tuta conſcientia accipere. Sed dato quòd in monte non ſit hu-
5 iuſmodi pecunia per induſtriam acquiſita, dico quòd illi inuiti, & coacti deponẽtes tuto poſſunt recipere vndecunque proueniat intereſſe illud. Nam cum à publica poteſtate cogantur in monte pecunias exponere, ipſa publica poteſtas ex publico ærario tenetur ſoluere tale intereſſe, non.n. propter hoc ſit impotens ad ſoluendum. Si enim ex alieno ere ſoluat, ſibi imputet quòd alios coegerit. Iſti nanque ſuæ conſulunt indemnitati, & rei licitæ operam dant, propterea ipſis nulla cura eſſe debet, ex qua pecuniæ portione ſibi intereſſe ſoluatur. At qui volentes ſponte pecunias ſuas in
7 monte deferunt, vt quinque pro centenario lucrentur excuſari certe non poſſunt, quoniam nul
8 lus volens damnum patitur, aut iniuſtum. Neque enim ex pecunia depoſita recipere valent, neque ex illa, quæ pauperum commodo deputata eſt cum ſit aliena, neque etiam ex illa, quæ ex iuſto lucro acquiritur. Tum quia ſi illa tribuenda eſ-

ſet,

ſet, vtique ex animi gratitudine danda eſſet, vti
declaratum fuit,& tamen per ſcripturam fit ciui-
lis obligatio, tum quia portio illa forte non ſuffi-
cit his qui inuite depoſuerunt, ſi autem ex animi
gratitudine accipiunt,ex ærario publico accipere
poſſunt. Ex dictis igitur colligi poteſt modus
quo iuſtificari poteſt intereſſe hoc quinque pro
centum, vt ſcilicet ex animi gratitudine, & qua-
dam morali honeſtate accipiatur ab his,qui depo
nunt, ſi mõs proteſtatur ſe hoc pacto dare, & per
9 viam donationis, & non obligationis ciuilis. Ve-
rum quemadmodum obſeruatum eſt huiuſmo-
di ſic deponentes ciuilem obligationem à monte
per ſcripturam accipiunt. Vnde animi gratitu-
10 do,& moralis honeſtas locum non habet, & præ-
terea talem liberalitatem, ſeu donationém diffi-
cile quis in monte præſumet, qui quidem fatebi-
tur donare non animo donandi libenti, & ſpon-
taneo,ſed potius,vt alios ad pecunias apud ſe de-
ponendas alliciat, quarum pecuniarum, vel in-
diget, vel ſi non indiget, ſibi commodo ſunt, &
occulta quadam intentione libenter retinet. Vi-
deant igitur qui ita præſumunt ne ſibi ipſis blan-
diantur, exiſtimantes gratuitum donum, quod
reuera coactitium, aut ſemicoactitium eſt.

An titulo

An titulo negociationis, qui in monte pecunias habent, aliquid lucrari poſſint. Cap. VIII.

1 *Societas capitale periculo amiſſionis ſemper exponit.*
2 *Socius poteſt alteri ſocio aſſecurare capitale, & certam lucri partem.*
3 *Aſſecurationis contractum & certificationis lucri ſimul facere, an temporibus diuerſis non refert.*
4 *Poſſunt etiam fieri tacite, & equiualenter.*
5 *Intellectus c. Per veſtras, de don. inter vir, & vxorem.*
6 *Vſura pro nullo caſu concedi poſſunt.*
7 *Soluitur ratio Soti contra aſſecurationem capitalis.*
8 *Non transfertur dominium ex eo quod aliquis ſuſcipit in ſe periculum rei.*
9 *Depoſitarius, & commodatarius poſſunt aſſecurare rem depoſitam, & commodatam.*
10 *Depoſitarius, & commodatarius non poſſunt in alios vſus vti re depoſita, & commodata, etiam quòd illius periculum in ſe ſuſceperint.*
11 *Dominium rei poteſt in aliquem transferri ſub conditione.*
12 *Mons pietatis poteſt pro aſſecuratione capitalis, & certi lucri aliquid accipere ab his, qui ibi titulo ſocietatis pecunias detinerent.*

Re-

Reliqvvm eſt igitur vt videamus, ſi titulo negociationis,& ſocietatis nomine huius in tereſſe acceptio iuſta cenſeri poteſt. Cui ſtatim ex aduerſo obiicitur, quòd cum, vt dictum eſt, ſic detinentes pecunias ſuas ſaluas volunt repugnan tiſsima eſt contractui ſocietatis iſthęc cõditio, in quo ſane contractu capitale periculo, atque amiſ
ſioni ſemper ſubiicitur, neque aſſecurari poteſt,
1 niſi per nouum cõtractum hoc fiat. Et hic eſt mo dus, quo iudicio meo ſaluari poteſt iuſtitia huius intereſſe, quod capiunt detinentes pecuniam in monte.

Pro cuius diligenti explicatione ſunt aliqua di ligentiſsime adnotanda, vt poſtea ad difficultatis nodum extricandum deueniamus. Suppono igi tur vnum, quod iam pridem à viris doctiſsimis, atque grauiſsimis pro vero, & conſtanti reſolu tum fuit, atque probatum, nempe in cõtractu ſo-
2 cietatis poſſe ſocium alteri ſocio aſſecurationem capitalis facere iuſto accepto pretio,& rurſus poſ ſe illi certificare certum lucrum pro incerto, reci piendo pariter pro huiuſmodi certificatione prę tium iuſtum. Hoc expreſſe docuerunt Caiet. in libro 17. reſp. 11. prout habetur Tomo 1. opu ſculorum,& Sylueſter. Verbo Societas q.2.& an te ipſos Io. maior 4.d.15.q.49. & poſt ipſos Na uar. in Tractatu de Vſuris num.32. & infra, præ ter alios. Nam ſi quis viſalius poteſt has facere aſſecurationes tàm capitalis, quàm certi lucri, quid prohibet, vt ipſe idem ſocius facere queat? ſi ceſſat fraus, dolus, & ſimulatio. In hu-

iuſmodi

iuſmodi ergo contractatione tres intercedunt cõtractus, primus eſt ſocietatis, ſecundus aſſecurationis capitalis, tertius certificationis pretij certi. Nec refert ſi contractus huiuſmodi fiant vno eodemq; tempore, an diuerſis temporibus, quan-
2 quam Caiet. velit quòd diuerſis temporibus, & non ſimul fieri debeant. Sed vt habet Nauar. hoc bene dicitur quantum ad forũ externum; ad vſurarias ſuſpitiones tollendas, quæ ſane magis tolluntur, ſi tempore fiunt diuerſo. At in foro Dei, & in conſcientia, nihil refert vno, an diuerſis fieri temporibus. Non refert quoque iuxta eundem
3 doctorem Nauar. ſi hi tres contractus formaliter, & expreſſe fiant, an tacite, & equiualenter, idem enim operantur ſi taciti, ac ſi expreſsi fuerint. Quæ ſane doctrina fundamentũm habet in c. Per
4 veſtras de Donat. inter vir. & vxorem, vbi Papa decreuit, quòd ſi maritus deueniat ad inopiam deponatur dos apud idoneum mercatorem, ad hoc, vt ex lucro onera matrimonij ſubſtententur. Vbi expreſſe duo eliciuntur, Primum quòd capitale dotis ſaluum, & integrum eſſe debet, Alterũm quòd lucrum certum accipiendum erat, propter onera matrimonij, quæ ſane ſubſiſtere nequeunt abſque aſſecuratione, tum capitalis, tum certi lucri. Nec obſtat quod habet Io. And. in d.
5 c. Per veſtras, quòd illud fuit indultum in fauorem pupillorum, viduarum, & eccleſiarum, quoniam pro nullo caſu concedi poteſt vſura, nec ad redimendos captiuos c. Super eo. de Vſuris. Non obſtat pariter quòd Sot. de Iuſt. & Iur. q. 6. lib. 6.

negat

negat eundem poſſe aſſecurare capitale, licet con cedat poſſe certificare certum aliquid lucrum. Cuius ratio eſt, quia, ſi ſocius alteri pecuniam ſuã confert, habita ab eo illius aſſecuratione, hoc eſt in illum pecuniæ dominium transferre, cum illius periculo maneat. Vnde ex ea poteſt pro libito diſponere, vt emere cẽſum, dotare filiam, vel quiduis aliud, hoc autem perinde eſſet, ac ſi mutuaret, erit ergo mutuum cum vſura, quòd impium eſt.

6 Hæc inquam ratio nihil cogit, Nam vt optimis rationibus oſtendit Nauar. procedit ex falſo fundamento, nempe, quòd dominium rei in aliquem transferatur eo ſolo, quia ipſe ſuſcipit in ſe illius

7 rei periculum, hoc etenim falſum conuincitur; tum in commodato, tum in depoſito, in quibus profectò non transfertur dominiũ rei cõmodatę in ipſum cõmodatariũ, neq; rei depoſitę in depoſitarium l. 1. & l. licet ff. depoſiti, glo. in c. 1. de depoſito, & tamen poteſt fieri pactum, vt ſi res commodata, aut depoſita perit, periculo pereat ipſius commodatarij, aut depoſitarij, prout habetur

8 expreſſe à Gregorio IX. in c. 1. de Commodato, & in c. 1. de depoſito. Falſum eſt etiam quòd habet Sot. quòd quis pro libito diſponere valeat de omni re, quæ ſuo periculo perit, aut commo-

9 do ſtat. Tum quia commodatarius, & depoſitarius, etiam, quòd periculum rerum in ſe ſuſciperent, non poſſunt in alios vſus iuſte vti re commodata, vel depoſita, quam acceperunt, vel habuerunt contra voluntatem commodantis, vel deponentis, Tum quia ſi propter culpam, aut mo

ram

ram reſtituendi quis teneatur ſubire periculum
rei, non poteſt etiam in alium vſum aliena re vti
quam à Domino habuit contra voluntatem Do-
mini, alioqui furti conueniri poterit, & dupli §.
placuit Inſtit.de obl.quæ ex del.naſc. & per alios
tex.adductos à Nauar. Falſum eſt quoque quòd
sẽper,& vniuerſaliter poſsit is pro libito diſpone
re de re,quæ in illius dominium tranſlata eſt. Po-
10 teſt nanque in illius dominium transferri cum ta
li onere,& conditione,vt vtatur tali re,in certum
vſum,finem, & modum. Vnde,licet dominium
pecuniæ in ſocium transferretur,hac tamen reſer
uatione transferretur,& onere,vt pecunia illa vti
debeat in tali negociatione,& non aliter,nec alio
modo. Ex quibus patet rationem Soti parum,
aut nihil concludere aduerſus prædictum funda-
mẽtum autoritate firmatum tot doctiſsimorum,
& etiam decreto ſummi pontificis, & ſacri cano-
nis roboratum. Si igitur præiactum fundamen-
tum ſtabile, & conſtans eſt, non erit difficile ad
iuſtitiæ normam reducere, vt qui in monte præ-
fato ſuas deponunt pecunias,quinque pro cente-
nario, plus minuſque abſque vſuræ vitio lucren-
11 tur. Poſſet etenim mons huiuſmodi pecunias,
quas à multis accepit negociationi iuſtę, & licitę
exponere, aut in cambiis realibus, quæ ſi rectè
fiant,mercaturę commodo ſunt,aut in inſtituen-
dis multis mercium generibus,quod & commu-
ni vtilitati maximè proſpiceret, adeò quòd mons
eſſet tanquam communis quidam plurimorum
negociator, cum quibus ſocietatem iniret iuxta

vere

vere ſocietatis regulas, & pro aſſecuratione capitalis, & rurſus pro aſſecuratione certi lucri accipere poteſt, ab vnoquoque iuſtum quoddam prętium, quod ſapientum, & bonorum iudicio relinquitur, aut, quod in idem redit, pro talibus aſſecurationibus minus det illis de ſolito lucro, ita quòd remiſsius lucrum illi accipiant eo, quod vt plurimum accipi ſolet, vt illud minus lucrum loco prætij pro aſſecuratione tum capitalis, tum certi lucri computetur. Sic etenim iuri, ac iuſtitiæ omnia conſonare poſſunt.

Qua ratione iuſtificari poteſt, vt mons aliis ſub intereſſe mutuet. Cap. IX.

1 *Lucrum ceſſans quomodo licitum.*
2 *Mons pietatis non opus eſt, vt totam pecuniam, quam accipit ab aliis negocio exponat.*
3 *Non eſt in pactum deducendum totum lucrum, quod ex pecunia ſperari poteſt.*
4 *Quod non in actu eſt, ſed in potentia non eſt extimandum perinde ac ſi in actu eſſet.*

EX his quæ dicta ſunt iuſtificari facile poterit alterum actionis genus, quod in monte exercetur, dum aliis ad rationem ſex & aliquid plus pro centenario mutuat. Nam ſi mons pecunias
1 in negocio actu exercet erit locus iuſto intereſſe lucri ceſſantis, quod ſanè tunc iuſtum cenſetur cũ quis quaſi inuoluntarie, vt neceſsitatem patienti

occurrat, aut cõmodum alteri faciat cogitur quodammodo pecuniam ſuam, quæ in via erat expectati lucri à negocio dimouere. Tunc enim vere illi lucrum ceſſat, qui fere inuitus ab actuali negociatione pecuniam ſuam diuertit, vt alij operam ferat. Quòd ſi libens, ac volens vltro pecuniam offerat, & à negocio ſecernat, eligens potius certum lucrum tuto habere, quam incertum expectare, profectò vſuram committeret, quandoquidem huic re vera lucrum minime ceſſat, nullus autem volens damnum pati cenſetur, & de hoc ſatis abũde diſputat Caietanus 22.q.62.ar.2.

2 Non autem exiſtimarem totam pecuniam, quam mons accipit negociationi fore exponendam. Poſſet enim mons (quemadmodum & alij negociatores conſueuerunt) portionem quandam pecuniæ aſſeruare, ob pericula frequentia, quibus

3 multoties negociatio ipſa ſublicitur. Sic etenim & pecunia talis ad eundem finem refertur, atque aſſeruatur. Sed animaduertant, qui ſic pecuniam alteri mutuant cũ intereſſe lucri ceſſantis, ne plus nimio lucrari velint, neue totum lucrum, quod haberi poſſet ſi pecunia in ipſo negocio relinqua

4 tur cum mutuatario in pactum deducat. Nam quemadmodum D. Th. cęterique grauiſsimi autores obſeruant, & docent, lucrum, quod nõ dum actu eſt, poteſtque multipliciter impediri, non eſt eque exiſtimandum, perinde ac, ſi actu eſſet, cum inter actum, & potentiam magna ſit diſtantia, & inter os, & offam multum interſit. Quare iudicio, ac diſcretione boni prudentiſque viri opus

eſt

eſt vt quantitatem huius lucri ceſſanti,& qua lan ce diiudicet atque diſcernat.

Solutio dubitationis circa prædicta. Cap. X.

1 *Mõs qua ratione plus capere valeat, quàm dare.*
2 *Mons ſi pecunias negociationi expoſitas aliis mutuat poteſt accipere intereſſe lucri ceſsãtis.*

POssET autem quis ſubdubitare circa prędi-cta, quòd mons in mutuando, vt dictum eſt accipiat pluſquam iuſtũ ſit, eò quòd accipit pluſ-quam ſex pro centenario, dat autem aliis pecu-nias ſuas exponentibus quinque pro centenario. Sed quicquid modo ſit de quantitate iuſti intereſ ſe, an ſcilicet ſex cũ tertia parte ſit equũ, an vero iniquum (hoc enim non eſt meum pręſenti opere determinare) dico, quòd dare ſolum quinque pro cẽtenario his, qui ſecum negociationem inire vo-lunt nõ eſt argumentum efficax ad demonſtran-dum intereſſe illud, quod capit à mutuatariis, nẽ-pe ſex, & tertiæ partis eſſe iniuſtum, licet de ſe for te iniuſtum ſit, de quo modò non fero ſententiã. Ex diuerſis nanque cauſis prouenit, quòd mons det tantum quinque, capiat, vero ſex, & tertiã par
1 tem. Quòd enim minus det, quàm capiat, ex eo pẽdet, quoniã mons capitalis in ſe periculum ſu-ſcipit, & vltra hoc aſſecurat certum lucrũ, ac pro-pterea iuſte minus tribuit. Quòd vero plus acci-piat, hoc ex iuſto intereſſe, quod patitur lucri ceſ-

ſantis proficiſci poteſt. Si autem quis contendat
2 tale intereſſe iuſtitiam excedere, aliorum hoc ſit iudiciū. Ego enim vt dixi, non fero ſententiã, ſed hoc ſolum dico & doceo, quòd ſi mons pecunias negociationi exponit & in illa exercet, poteſt ſi aliis mutuat modo prę expoſito, petere, & exigere, & in pactum deducere intereſſe lucri ceſſantis, dūmodo honeſtū ſit, ac iuſtitię metā nō trāſiliat.

Modus quo doctrina data in praxim deducenda ſit. Cap. XI.

1 *Mons negociationi pecunias exponens magnum commodum Reip. faceret.*
2 *Lucrum ceſſans bonorum virorum arbitrio iudicari debet.*
3 *Et prætium quod datur pro capitalis, & certi lucri aſſecuratione.*
4 *Mons pietatis in aliquibus locis faciē mutauit.*
5 *Mons pietatis pauperum & egentium pecunias negociationi exponere deberet.*
6 *Ex lucro quod multi capiunt in monte pietatis auertuntur à negociatione, non ſine vniuerſali incommodo.*
7 *Sedes apoſtolica conſulenda eſſet ſuper montium erectione.*
8 *Papa declarat quę ſunt diuini, et naturalis iuris.*

VT igitur praxi, atque vſui doctrinam pręhabitam applicemus plura per ordinē obſeruanda ſunt. Imprimiſque quòd pecunia, quam plures

plures in monte detinent ſocietatis titulo detinea
tur,& iuſte,ac legitime negociationi exponatur.
Hinc nanq; prouenit, vt ſi mons de illa alicui mu
tuet propter inſtãtem illius neceſsitatem,licite ab
eo intereſſe petere & exigere valeat ob lucrũ ceſ-
1 ſans,vt dictum eſt. Pręterea in cõmunem hoc re-
ferri poſſet vtilitatem,Tum quòd tam ingens pe-
cunię copia negociationi expoſita abundantiam
in foro, & cãbiis pariter efficeret, ac proinde qui
ad cãbium capere coguntur longe minorẽ iactu-
rã,atq; diſpendiũ facient, ſicut, & multorum qui
ad cambiũ dãt auaritia frenaretur, qui pecunię ca
ritatem raritatemq; in foro percupiunt, & quòd
peius eſt multoties procurant, Tum quia longe
maius cõmodũ Reip.eſſet,ſi mons huiuſmodi pe
cuniã in aliis licitis negociis exerceret,vt in tradu
cendis mercibus,ex quo quãplurimi pauperes &
egentes ſuas operas præſtare poſſent,& etiã in fru
mẽtis,& rebus aliis vitę humanę neceſſariis, vt ſic
pauperum neceſsitatibus optime proſpiceretur.
Accedit quoque multorũ cõmoditas,qui cum pe
cunias ſuas per ſe ipſos negociari minus poſſent,
aut quia neſciunt vt mulieres viduę,id genus,aut
quia exiguę ſunt,nec etiã in bona immobilia con
uertere illas valent,ſi hoc prę expoſito modo deti
nent in monte licite aliquid lucrari poterãt, & cũ
minori periculo,aut ſuſpitione fraudis,& doli,ex
2 quo poteſtate publica huiuſmodi negociatio exer
ceretur. Inſuper iuſto ſanoque iudicio prudẽtiũ,
atq; bonorum inſpiciendũ eſſet, atq; librandum,
quãtũ reuera eſſe debet tale intereſſe lucri ceſſan-

tis,quod licite mons exigere poteſt ab his,quibus mutuat,& ſi prędictũ,nẽpe ſex,& tertia pars pro centenario nimiũ eſt,attendẽtes sẽper,& prę ocu lis habentes doctrinã prędictã D.Th.atque alio-rũ,ne in pactũ deducatur totũ illud, qđ ex tali pe cunia lucrari quis poterat,ſi in ipſo negocio per-manſiſſet, cũ lucrum illud adhuc incertũ, fortui-tumque, quodq; multipliciter impediri põt, non ex equo cẽſeri habeat, cũ certo, liquido, & ſecu-ro,vt ſępe monitum eſt,ſed in hoc diſcretione,& iudicio opus eſt ſapientũ,& proborum.Tertio lo co,ęodem pariq; cõſilio,rectoq; ſapientũ iudicio obſeruandũ eſt,atq; diiudicandũ, quod nã ſit iu-ſtũ,atq; legittimũ prętium, quod pro aſſecurãdo capitali, & certo lucro certificãdo mons accipere
3 põt ab his, qui in eo pecunias deponunt, alioqui ſi iuſto prętio huiuſmodi aſſecuratio non fit, dif-ficile,ne dicã impoſsibile videbitur ab vſurę vitio eximere hos, qui pecunias ibi detinent, accipien do aliquid ſaluo capitali. Et quoniam mõs iſte à primęua ſua inſtitutione pro pauperum cõmodo
4 erectus fuit, vnde ob hoc pietatis ſibi nomen vin dicauit,licet poſtmodũ tractu temporis, ob varia accidentia formã, faciemq; in aliquibus locis mu tauerit, cũ & depoſitarius, & negociatorius,atq; etiã feneratitius effectus ſit,ac proinde non poteſt dici amplius mons pietatis, niſi quo ad illã pecu-niæ ſummã, quę pauperum cõmodo, atque vſui deputatur,& in hoc etiã capitula,& leges in Con cilio Lateran.& per Leonem X.ſancitę nõ omnes ſeruantur,vt tamen à pietatis officio in cęteris nõ

omnitus

pœnitus abſtrahatur,& pietatis ſpeciem nonnullā retineat. Statuendum eſſet,ne omnium indiffe renter pecunias in huiuſmodi ſocietatem admit-
5 teret,ſed pauperũ,atq; indigentium,qui neq; negociationi incũbere valent,neq; apotecā aperire, aut in bona immobilia cõuertere,eò quòd exigua eſt pecunia. Hoc autẽ non dico, vt damnem illos, qui cum pauperes nõ ſint, ſed diuites magnas in eo pecunias detinent, ſi ſupradicta negociationis forma recte ſeruetur, ſed hoc affirmo, quòd ſi pauperũ pecuniæ ſolũ acciperentur,maiorẽ quan dam pietatis ſpeciem præſeferret mons iſte cuius pietatis intuitu fuit primo inſtitutus. Et quanquā maior pecuniæ ſumma in monte expoſita maiori commodo, atq; emolumento ipſi monti foret,ac
6 proinde ipſi Reip. eò quòd lucrũ ingentius eſſet, atq; auctius, attamen ex alia parte detrimentum afferet non modicum, quandoquidẽ plurimi tali certò lucro illecti mercaturā deſererent,ac negociandi induſtriā nõ abſque ciuitatum, prouinciarumq; dāno,& incõmodo,quæ in his induſtrioſis contractationibus, & negociis vitā traducere ſolent. Eſſet proinde,ad omnia ſcandala tollenda,&
7 conſcientiæ ſtimulos euellendos in hoc ſedes apo ſtolica cõſulenda,& huius contractationis facien dæ conſenſus ab illa habendus,vt tali ſuprema au toritate cõfirmatus ſecurius huiuſmodi mõtes cõ ſiſterent. Quemadmodum enim ab apoſtolica ſe de emanarunt conſtitutiones ſuper reformatione cenſuum,& cābiorum,ita pariter in hoc negocio ab eadem determinatio aliqua eſſet expectanda.

Nam licet ea quæ ſunt diuini naturaliſque iuris
8 diſpẽſationem non admittant, poſſunt tamen per papam declarari tam ea, quę ſunt iuris diuini, quam illa, quæ ad ius naturæ attinent.

Cui facienda eſt reſtitutio ab his qui vſuram à monte receperunt. Cap. XII.

1 Si vſura accepta eſt de pecunia quæ pauperibus in monte deſeruit, reddenda eſt monti, & domino montis.

2 In aliquo tamen caſu non eſſet reddenda Domino montis.

3 Si vſura eſt accepta ex pecunia depoſita, aut de ea quæ per vſuram extorta eſt deponentibus eſt reſtituendum, & his, à quibus vſuræ extortæ fuerunt.

4 Per vſuram non transfertur dominium.

5 Si accepta fuit vſura de pecunia, quæ ex iuſto lucro prouenit debet monti reſtitui.

6 Moralis doctrina reſpicit ea, quæ vt in pluribus contingere poſſunt.

7 Vſura à monte accepta vndecunque pecunia extortæ fuerit mõti tuta conſciẽtia reſtitui poteſt.

8 Si Dominus montis vſuram exerceret non eſſet illi facienda reſtitutio.

SVPEREST modo tractare, cui nam facienda ſit reſtitutio ab his qui vſurã à monte receperunt, de illis loquor, qui non inuite, ſed ſponte mõti pecuniam tradiderunt, & ſingulis quibuſq;

annis

annis quinque pro cẽtenario recipiunt. Non enim ſacile eſt hoc intelligere, propterea quòd in huiuſmodi monte multiplex pecunia promiſcua, & cõfuſa reperitur, quę ſane diſtinguenda eſſet, ſi huius dubij reſolutio vera eſſe debet. Aut enim vſura illa accepta eſſet de illa portione, quæ pauperibus inſeruit, illiſq; mutuo datur, & huiuſmodi monti,
1 ſeu principi, aut Reip. regulariter eſt reſtituenda, eò quòd iuſto dominij titulo poſsident, aut ſi dominiũ eſt pauperum (quod magis puto cõformiter ad ſuperius dicta, attamen cuſtodia eſt Reip. vel principis, & conſequens illis eſt reſtituenda.
2 Dictum aũt fuit regulariter quia in caſu, quo pauperes grauarentur, & fenus exerceretur non eſſet domino montis reſtituenda, quia hoc eſſet contra charitatẽ, & contra iuſtitiã, ſed aut eſſet cõſeruanda pecunia illa vſque ad tempus boni vſus, & in morte filiis, tanquã depoſitariis illius reſtitutio cõmittenda, aut depoſito tradenda eſt hoſpitali, ſeu Monaſterio, vt tẽpore expectatę iuſtitię reſtituant, aut forte pauperibus reſtituendum eſt, ſic enim & mõti quodammodo reſtituitur, atq; hoc epiſcopi iudicio, ſi pecunia eſt magni momẽti, aut parochi, ſi eſt parui ponderis, intercedente ſcriptura ne cõtingat iterato fieri reſtitutionẽ, ſi montis dominus vel adminiſtrator pęnitẽtia ductus reſtituere velit.
3 Si vero vſura illa accepta fuit ex pecunia depoſita, aut de ea quę per vſurã extorta eſt illis, qui depoſuerunt reſtituenda eſt, & à quibus vſurę extortę fuerunt. Nam dominiũ ſortis principalis manet apud depoſitarios, lucrũ vero vſurarium illorum

eſt

eſt à quibus per vſuram nõ transferatur dominiũ.
4 Neque eſt incertus dominus, Nam in codicibus & membranis montis, reperiuntur nomina illorum, qui pecuniam depoſuerunt, & illorũ pariter, quibus ſub vſuris mons mutuauit. Aut poſſet fieri reſtitutio monti, tanquam iuſto titulo poſsidenti, licet non ſit dominus, ſi talem pecuniam reſtitueret his, quibus debetur. Quòd ſi non reſtituat, ſed potius deridet ſic reſtituentes, in tali caſu non poteſt dari pauperibus, quia certus dominus aliquãdo inueniri poterit, cui reſtitutio facienda eſt, ſed conſeruari debet meliori tempore reſtituenda, vel apud locum piũ deponenda, vel illis qui patiũtur iniuſte intereſſe à monte de conſilio epiſcopi dãda
5 eſt. Si autem accepta fuit vſura de pecunia, quę ex iuſto lucro prouenit, debet monti reſtitui, vt mõs illis, qui iniuſte depoſuerũt intereſſe ſoluere queat. Verum hæc nimis exquiſite dicta videntur, quæ licet in ſe cõſiderata probabilia valde ſint, & rationi ſatis conſona, difficilia tamen ſunt, vt in praxim
6 deducantur. At moralis doctrina id reſpicere debet, quod vt in pluribus, & commode fieri poteſt. Quapropter crediderim ego abſque tot diſtinctionibus, vt tuta conſcientia Domino montis reſtitutio fieri poſsit vndecunque vſuraria pecunia extorta fuerit. Nam reſtitutio illi facienda eſt, à quo acceptum fuit. Et licet mons fenus exerceat, non propterea fit nec contra iuſtitiã, neque contra charitatem, ſi illi reſtitutio fiat. Non quidem contra iuſtitiam. Nam ipſe princeps, qui eſt dominus, aut cuſtos montis non propterea fit impotens ad reſti-

tuendum

tuendum iis, à quibus feneratitie accepit. Non fit pariter contra charitatem, id quod aliquibus apparere poteſt, quaſi hoc ſit vſuras fouere. Nam ſi mons, ſeu dominus montis nihil aliud faceret, quàm ſub fenore mutuare, certe proxima, atque vrgens vſuris cauſa præberetur, ſi ipſi reſtitutio fieret, quemadmodũ ſi quis furioſo arma redderet cauſam homicidio daret, & ſi quis pariter principi ingentes pecunias mutuaret gerenti bellum iniuſtum, iniuſtitię reus cenſeretur. Sed quoniã Dominus mõtis aliorum pecunias depoſito tenet, ex quibus pauperibus mutuat, & eas negociationi exponit, quæ de ſe honeſta ſunt, & minime vituperanda, propterea ille, qui reſtituere tenetur, tuta conſcientia illi reſtituet, intendens per huiuſmodi reſtitutionem non vſuræ fauere, aut eam fouere, ſed ſolum rei licitæ operam dare, & monti reſtituere, vt ipſe poſtea aliis reſtituat, à quibus iniuſte accepit. Quòd ſi Dominus montis ex huiuſmodi pecuniis ſibi reſtitutis vſuram exerceat, hoc eſt preter intentionem reſtituentis, ex eius malitia procedens, nõ ex illius volũtate qui reſtituit, qui rem iuſtam operatur reddere monti intendẽs, vt ille aliis benefaciat, iiſque reſtituat, à quibus in-
8 iuſte accepit. Secus autem eſſet, ſi dominus montis vſurariæ prauitati operam daret ſolummodo, tunc etenim vſuras manifeſte foueret, ſi illi reſtitutio fieret, eſſet enim proximam occaſionem, & paratam exhibere materiam impietati. Et eo minus timendus eſt huiuſmodi ſcrupus in eo monte, in quo ob multas negociationes lucrum adeo excre

uit,

nit, vt in immenſum vltra ſortem aucta fuerit pecunia, quemadmodum de monte Florentino ſupra dictum eſt, in quo præter pecuniç ſummam, quæ à compluribus depoſita eſt, illius maximum reperitur incrementum ex lucro profectum, quoniam pecunia negociationi tradita eſt. Cum etenim tale lucrum licitum eſſe poſsit, ille qui monti ſub vſuris mutuauit, poteſt animo ſecum deputare & mente firmare, ſe ex hac pecunia licite à mõte acquiſita vſuras recepiſſe, ac propterea ipſi mõti licite, & tuto reſtituere. Et hoc amplius procedit, ſi pecuniarũ ille portiones, & ſummç, nempe ea quæ pro pauperum vſu deputata eſt, & ea quæ depoſita eſt, & illa pariter quæ ex lucro, atq; vſuris parta eſt, commixtç ſunt, & confuſç, vt inter eas non ſit diſtinctio. In tali enim caſu prçſumi poteſt, quòd pecunia per vſuram accepta ſit de illa portione, & ſumma, quæ iuſto negociationis lucro acquiſita fuit, ac propterea çidem domino monti tanquam iuſto negociatori, non autem tanquã depoſitario, aut vſurario reddi poteſt. Quòd ſi prædictę ſummæ, ac portiones pecuniarum diſtinctę eſſent, & vna ab alia ſeorſum poſite, ille qui certo ſciret ſe à monte extorſiſſe ex ea pecuniç portione quæ depoſito tradita eſt, aut de ea, quæ vſurario modo eſt acquiſita, profecto non ita tuto monti reſtitueret. Sed tamen vt prædictum fuit, cum mons non propter hoc deterioris efficiatur conditionis, aut ad reſtituendum impotentior his, à quibus, aut depoſito accepit, aut per vſurarium mutuum, certe non video, quòd ipſi reſti-

tutio tuto fieri non poſsit. Si autem iuxta præfatas diſtinctiones, & regulas reſtituendum eſſet, difficilis admodum redderetur reſtitutio, vt executioni demandetur, & raro, aut forte nunquam contingeret.

An Dominus montis, ſeu princeps reſtitutionem remittere, & condonare valeat his qui iniuſte à monte vltra ſortem acceperunt. Cap. XIII.

1 *Dominus montis non poteſt remittere reſtitutionem de pecunia quæ per vſuram extorta eſt.*
2 *Neque de illa pecunia, quę in pauperum vſum deputatur.*
3 *Poteſt de ſumma pecunię, quę per negociationem acquiſita eſt.*
4 *Qui vſuras à monte acceperunt, ſi illarum remiſſionem à principe libere impetrant tuti ſunt in conſcientia.*

EX prębabitis quoque reſponderi poſſet quęrentibus an Reſp. vel princeps donare poſsit,
1 & reſtitutionem remittere. Nam de ſumma pecunię, quę per vſuram acquiritur (cum per illam dominium non transferatur, vt ſępe ſępius admonitum fuit) remiſsionem huiuſmodi facere non poſſet, quia ex alieno donaret, ſicque qui donationē

recipit

recipit tutus in conſcientia non eſſet. Similiter de
2 pecunia,quę in pauperum vſum deputatur, videtur, quòd talem remiſsionem facere non poſsit, ſi dominium eſt pauperum, cuſtodia vero pecuniæ principis,aut Reip. ęadem ratione, quia nemo ré alienam donare poteſt. Quòd,ſi quis dixerit, principem pecuniæ dominium habere, pauperes vero ſolũ vſum,tunc poterit certe remittere,ſed videat ne in pauperum detrimentum mons extenuetur. Attamen ſi eſt dominus (quod non credo) poteſt citra iniuſtitiæ culpam de ea pro libito diſponere.
3 At de ſumma pecunię per negociationem acquiſitę poſſet vtique remittere, eò quod illius dominiũ habet. Quod tamen intelligendũ eſſet,ſi tanta eſſet huiuſmodi pecunia,quę ſatis eſſet,ita qđ ſupereſſet etiã ſatisfactioni, quã debet mõs, his, qui inuite pecunias in eo deponere coguntur, vt pupillis cõtingit in mõte Florentino, iuxta prędicta. Sed tamen,arbitror ego,quòd princeps remittere valeat,& condonare, & hi quibus facta eſt huiuſmodi remiſsio tutà conſcientia recipere, dũmodo remiſsio hæc,& donatio,libera,& voluntaria cenſeatur,non autem ſemiuoluntaria,& coactitia pręſumatur,& ratio eſt,quoniam,ſiue princeps dominium pecuniæ habeat deputatę pro pauperũ commodo, ſiue cuſtodiã tãtum, & adminiſtrationem, ſiue ẽt de ſuo, aut de alieno reſtituat, quia ex hoc nõ fit impotens ad reſtituendum his, à quibus iniuſte,aut per vſurã acceptũ fuit,poterit ex publico erario illis ſuperimpendere. Idcirco crediderim quòd illi, qui vſuras à monte acceperunt, & po-

ſtea conſcientia ducti illarum remiſsionem à prin cipe libere impetrarunt licite, iuſteque huiuſmodi donationem obtineant.

Operis Epilogus. *Cap. XIIII.*

1 *Erudiendi ſunt illi, qui ignorantia laborant.*
2 *Charitati conſonum eſt ad iuſtam formam reducere, vt abſque vſura poſſit aliquis à monte accipere vltra ſortem.*

SED ex his, atque aliis innumeris fere anguſtiis & ſcopulis euaderemus, ſi vt præexpoſitũ eſt, mons huiuſmodi ſub verę ſocietatis forma, & titulo inſtitueretur, concurrentibus in virtute duobus aliis cõtractibus, nempe aſſecurationis capitalis, & certificationis alicuius determinati lucri, pro quibus iuſtũ prętiũ ſoluatur, ſeu quod in idẽ redit minus recipiatur de lucro ab his, qui pecunias ſub ſocietatis titulo exponũt. Sic etenim vſurę labem effugimus, & ab oĩ iniuſtitię ſpecie illũ vindicamus. Quòd ſi quis dixerit, modũ hũc periculoſum eſſe, ſatiſq; lubricũ, vt de facili vſuris aditus aperiatur, & via fraudibus vſurariis ſternatur. Animaduertãt
1 ſic dicentes, erudiẽdos eſſe illos, qui ignorãtia laborant, ne erroneã conſcientiã tenentes in pręceps ferantur, exiſtimãtes malũ, quod bonum eſt. Rurſus explicãda eſt ſingillatim, & diſtincte huius contractas iuſtitia. Et licet cauẽda ſint nõ ea ſolũ, quæ mala ſunt, verũ etiam illa, quę mali ſpeciẽ habent, & occaſionẽ ruinę prębere poſſunt, attamen, ex quo mons iſtiuſmodi adeo inualuit, & quibuſdã locis

tan-

tantopere percrebuit hic deponēdi modus,in quo innumeri pene homines implicātur,non abſq; periculo damnationis æternę,cū vſuram apertiſsime cōtineat,tam ex parte deponentiū,qui capitali ſaluo quinque pro cētenario ſingulis annis recipiūt, quàm ex parte mōtis, qui ad rationē ſex & tertiæ
2 partis aliis mutuant, nō ab re erit neque obſcenū, ſed charitati conſonum,ſi vt piis conſcientiis conſulatur hic contractandi modus ad formā aliquā iuſti cōtractus redigatur,quò omni vſurę vitio expurgatus, qui ſuas pecunias in illo detinent, abſq; peccato aliquid amplius accipere queant, & ſimiliter mons, qui aliis mutuat,iuxta prædeclarata. Aliter nanque docendum eſt,antequam mōs, aut cōſuetudo aliqua inducatur,aliter aūt vbi iam inoleuit vſus, à quo per quam difficile reuocare homines poſsūt,& nō niſi cū maxima perturbatione. Fateor quippe,& ingenue quidem,modum hunc, quamuis iuſtis his titulis honeſtatum minime fore introducēdum ne fraudibus vſurarum vorago aperiatur in quibus ſane prolabi de facili poſſunt homines. At vbi iam inualuit conſuetudo,& mos apud quamplurimos loci & prouincię alicuius homines firmatus eſt, & rationi, & charitati valde conſentaneum arbitror, ad aliquam veram iuſtamque contractationis formam,regulamque reducere,id quod iniuſtitiam ſapit, vt ſic ab iniquitate reuocentur homines, & per iuſtitiæ ſemitas quantum fieri poteſt incedant. Sub cenſura cuiuſuis peritioris.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE